BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVI
F
65
NAPOLI

U
66

Digitized by Google

JOANNIS VAN HEEL,

JCTI

BIGA DISSERTATIONUM;

QUARUM PRIOR INAUGURALIS

AGIT DE

REPRESSALIIS,

ALTERA DE

VENATIONE.

BIBLIOTECA NAZ. V. EM.

LEIDAE,

Apud PETRUM VANDER EYK ET SAM. ET JOH. LUCHTMANS, 1761.

Digitized by Google

VIRO.

INTEGERRIMO.

MORUMQUE. PIETATE.

SPECTATISSIMO.

CORNELIO. VAN. HEEL.

APUD. ROTERODAMENSES. MERCATORI. VIGILANTISSIMO.

PATRI. OPTIMO. CARISSIMO.

OMNI. QUA. FILIUM. DECET.

PIETATE. AC. VENERATIONE.

AD. EXTREMUM. VITAE. HALITUM. HONORANDO. PROSEQUENDO.

NEC,

NEC. NON.

VIRO.

NOBILISSIMO. CONSULTISSIMO.

JOSUAE. VAN. HEEL. JCto.

IN. AGRO. SCHIELANDICO. SCABINORUM. COLLEGII. QUONDAM. PRAESIDI. ETC. ETC.

PATRUO. SUO. INDULGENTISSIMO. OMNI. HONORE. ATQUE. OBSEQUIO. NUNQUAM. NON. COLENDO.

Haſce Studiorum ſuorum primitias ea qua par eſt obſervantia ſacras facit

AUCTOR.

L. B.

L. B.
S. P. D.
A U C T O R.

Poſtquam per quinquennium Studiis Academicis, & praecipue Themidi operam dederam, Thema Inaugurale circumſpicienti, prae caeteris mihi adriſit Tractatio de *Venatione*, variaque ejus jura apud Hollandos in primis obtinentia trutinare conſtitueram, eamque Diſſertationem jam fere ad umbilicum perduxeram; ſed quum forte colloquium miſcerem cum Eruditiſſimo & Indefeſſo Antiquitatum noſtrarum Scrutatore Fr. van Mieris, (cui Viro non poſſum non hic publice gratias quam maximas agere ob ſingularem ejus in me benevolentiam, quippe qui mihi Chartas cana e vetuſtate depromptas, ſummopere ad illuſtrandam & explanandam hanc materiam facientes, ſuppeditaverit) incidimus in *Repreſſalias*, quarum inveſtigationem quum excellens iſte Hiſtoriographus mihi tanquam utiliſſimam non ſolum, ſed & jucundiſſimam commendaret, vela verti, atque totum quantum me in hujus juris disquiſitionem conjeci; eamque de Repreſſaliis Diſſertationem tanquam Specimen Inaugurale ad diem 13. Junii 1760. publicae diſceptationi exhibui. Quum autem exempla tunc temporis excuſa omnium amicorum deſiderio minus ſufficerent; aeque horum rogatu ac crebra librariorum efflagitatione, qui hoc pluribus gratum fore exiſtimabant, permotus ſum, ut hoſce de

Venatu & *Repreſſaliis* libellos prelo ſubjici eosque conjunctim in publicum prodire paterer: illum quidem prima, hunc vero ſecunda vice; ſed eodem fere habitu, quo primam lucem adſpexit: temporis enim anguſtiis praepeditus omnia ſub incudem limamque revocare neque potui neque volui, ne gratia novitatis periret, vel loco turocinii neſcio quod opus vires noſtras exſuperans fruſtra exſpectaretur. Ne autem B. L. mireris, quod ego, editis hiſce Speciminibus Juri Publico Patrio manus admoverim, juvenis licet, nec ullo rerum uſu inſtructus. Cauſas & rationes hujus inſtituti tibi exponam. Equidem (ut verba *Doctiſſimi Viri* NIC. BONDT *in Praefat. Comment. ad Unionem Ultraject.* mea faciam) a prima juventute diſcendis Patriae fatis multum delectatus fui. Ubi autem ratione uti coepi res noſtras inveſtigandi, Belgiique ſtatum, Inſtituta ac Jura intelligendi cupiditas vehemens me inceſſit. Ecquid enim Belgae turpius eſſe poteſt, ecquid magis indecorum, quam ſi Graeciae Latiique veteris hiſtoriam, mores, jura, & conſuetudines ex ungue calleat, in Patriis vero rebus plane ſit hoſpes, ita ut, ſi in circulo Doctorum de Belgica aliqua hiſtoria inciderit confabulatio, piſcis aut edulii peregrinum eſſe vocabulum arbitretur? Romanorum ſane, Athenienſium, Lacedaemoniorum, aliarumque priſcarum gentium res geſtas & inſtituta longe plurima ſcitu digniſſima, quaeque ad comparandam eruditionem & Juriſprudentiam cum Civilem tum Politicam egregie conducunt, diligenti earum rerum Inveſtigatori ſuppeditare lubens agnoſco: neque is ego ſum, qui veteris hiſtoriae & antiquitatis notitiam, dum-

mo-

modo maſcule & cum prudentia tractetur, ullatenus improbare velim, doctae vetuſtatis, ſi quis alius, pro ingenii modulo, cultor & amator. Interea tamen Belgarum res cordatum Belgam propius tangere exiſtimo (†). Statim autem ac Repreſſaliarum lucubrationem aggrederer, ſatis percepi periculoſae plenum aleae hoc opus eſſe, animum tamen mox recepi, quum, ex Quinctiliani ſententia Turocinium in ſenectutem differendum non ſit: *Nam quotidie metus creſcit, majusque fit ſemper, quod auſuri ſumus: &, dum deliberamus, quando incipiendum ſit, incipere jam ſerum eſt. Quare fructum ſtudiorum adhuc viridem & dulcem promi oportet, dum veniae ſpes eſt, & paratus favor, & audere non dedecet, & ſi quid deſit operi, ſupplet aetas, & ſi dicta ſunt juveniliter, pro indole accipiuntur.* Id quod ſemel & in perpetuum ad meam excuſationem dictum volo. Quod ad Diſſertationem meam de Repreſſaliis attinet, verbulo monendum duxi, me non perſpicere, cur tantopere mihi inquirendum eſſet: *in quantum bona fides aliquem a Repreſſaliis ſecurum praeſtet?* uti voluit acutiſſimus auctor Ephemeridum litterariarum, vulgo de *Nederl. Letter-Courant*, 51. *ſtuk* 24. *Juny* 1760. forte ejus ἀκρίβειαν effugit, quod nonnulla de hac quaeſtione dixerim, *cap.* I. §. 9. ibique ab eruditiſſimo Vattel diſſenſerim. Si autem haec parum ſufficiant, L. B. ad ampliſſ. van Bynkershoek *in quaeſt. jur. publ. lib.* I. *cap.* 7. ablego, ubi *pag. m.* 53. ſequentia occurrunt: „ Sed profecto videtur „ eſſe jus commune, ut & actiones publicentur, „ ex

(†) Conf. eruditus Zographos *Verhandeling over het zamenſtellen der Hiſtorien in praefat. ferme in fine.*

„ ex eadem nempe ratione, qua corporalia quae-
„ libet. Actiones utique ſive credita non minus
„ Jure Gentium ſunt in dominio noſtro, quam
„ alia bona, eccur igitur in his Jus Belli" (addo
ego Jus Repreſſaliarum) „ ſequamur, in illis non
„ ſequamur? & cum nihil ſuccurrat, quod diſtin-
„ ctioni idoneae locum praebere poſſit, etiam ſola
„ ratio jus commune defendit, ſed nec deſunt exem-
„ pla & auctoritates, quae defendant." — Aliud
tamen erit dicendum, ſi pacto expreſſo haec bona vel credita a jure Repreſſaliarum excepta fuerint, uti ipſe jam dicto loco obſervavi. Ut etiam ejus deſiderio ſatisfacerem, in fine illius Diſſertationis adjeci differentiam *Repreſſalias* inter & *Retorſiones*, caeterum quod ad definitionem Repreſſaliarum & alia attinet; quum tantum diſtent Thebae ab Athenis, quantum a Thebis Athenae, nolim quis mihi ſuccenſeat, ſi in ejus ſententiam pedibus non iverim; quum vero, ut ait Seneca, non ſit levitas a cognito & damnato errore diſcedere, & ingenue fatendum, *aliud putavi*, *deceptus ſum*, haec vero ſuperbae ſtultitiae perſeverantia ſit: *quod ſemel dixi*, *qualecunque ſit*, *fixum ſit ratumque*, hinc ea, quae ab amico meo Alb. Ploos van Amstel accepi, quaeque *cap.* 3. §. 5. habentur, meliora doctus, lubens mutavi. Quomodo in ipſa materia tam de *Repreſſaliis*, quam de *Venatione* proceſſerim, non opus erit multis monere. Argumentum in margine conſpicuum id ipſum ſatis oſtendet.

Haec ſunt, Benevole Lector, quae ſcire tua forte intererat.

DIS-

DISSERTATIO HISTORICO-POLITICO-JURIDICA INAUGURALIS DE REPRESSALIIS.

CAPUT PRIMUM.

De Vocis Repreſſaliarum Significatione, Etymologia & Definitione, ut & de Repreſſaliarum Origine, Jure & Aequitate.

§. I.

Ενεχυρασμὸς (*a*) ſive pignoratio inter populos diverſos (σύλας id dicit DEMOSTHENES *in brevi Oratione* περὶ τῦ ςεφάνυ τῆς τριηραρχίας *pag.* 717. quam laudat Harpocration voce σύλας) recentioribus JCtis voca- De Etymologia ac Definitione Repreſſaliarum.

(*a*) Diſcrimen inter ἐνεχυράζειν & ἐνεχυριάζειν apud au-

tur Jus Repreſſaliarum. Saxones & Angli *Withernamium* (forte a *Wiedernehmen*) & Galli, ubi a Rege impetrari id ſolet, *litteras Marcae* vocant, & apud Belgas *brieven van Marque* audit. *Mark* enim ſignificat limitem, quod & patet ex privilegio Rotterodamenſi: *wat erve iemand koopt voor Schepenen, ende jaar en dag beſittet onbekroont, die en is van die erve niet ſchuldig te antwoorden, uitgenomen onbejaarde kinderen, en luyden die buyten Marke zyn zonder arg of liſt.* Vid. *Handveſt van Rotterdam van* 1340. *all.* a GROTIO *in Introduct. lib.* 2. *part.* 7. *v.* 33. Vid. Ict. GERARDUS DE HAAS in not. ad SIMONEM VAN LEEUWEN *Cenſ. Forenſ. part.* II. *lib.* I. *cap.* II. §. 15. *Not.* 2. & quia plerumque in limite territorii prehenduntur bona exterorum civium, inde obtinuit nomen litterae *Marcae*. *Repreſſaliae* autem dicuntur quaſi *Reprehenſaliae*, ſcilicet a *reprehendendo*, quia quaſi reprehendimus, ſeu recuperamus quod nobis ablatum eſt. Vid. DU CANGE *Gloſſ.* voc. *Marcha* & *Repreſſaliae*, vel ab Italico *ripreza*; unde Gallis *Repriſe*.

Delineari poſſunt *Repreſſaliae*, quod ſint *ſpecies belli imperfecti, quo civium externae civitatis, etiam innocentium, res & perſonae occupantur, uſque dum ab extranea illa civitate ſatisfactum ſit de debito, ſive illud debitum ſit ex civili cauſa, ſive*

antiquos Atticos nullum. EZECH. SPANH. *ad Ariſtoph. Nub. verſ.* 35. *pag.* 275. Contra SALMASIUS *de Mod. Uſur.* qui copioſe de hoc verbo *pag.* 549 &c. differit; item JUNGERMAN ad *Polluc. lib.* 8. *cap.* 15. §. 148. *pag.* 969. ἐνέχυρον. τὸ εἰς ἀσφάλειαν ἀντάλλαγμα *Etym. magn.*

ſive ex delicto; ſi autem omnis ſpes recuperandi debitum evanuerit, bona confiſcantur & exinde debitoribus ſatisfactio praeſtatur, vel perſonae incarcerantur, donec a civitate ſolvatur id, quod debebat, & tunc Repreſſaliae adimpletae cenſentur. VATTEL *Droit des Gens*, *Vol.* 1. §. 342. Dixi *Repreſſalias* eſſe *ſpeciem belli imperfecti*, quod primo intuitu mirum videri poſſet; ſed ſi conſideremus, quod *bellum*, ſenſu generali ſumtum, ſit *ſtatus per vim certantium, qua tales ſunt.* Vid. GROTIUS *de Jur. Bell. ac Pac. lib.* 1. *cap.* 1. §. 2. & quum aliquis *Repreſſaliis* utens, quodammodo per vim ſuum repetit, Repreſſaliae ſpecies belli imperfecti, minus pleni, (in quo incendia, vaſtationes, caedesque adhibere non licet, quae omnia ſunt effectus belli pleni ſolennis) haud abſurde dici poſſunt. Confer. GERARD NOEST *Algemeen Staatsrecht*, 3. *boek*, 2. *Hoofdſt. pag.* 530. Cui tamen haec minus placent, poterit Repreſſalias vocare cum *Ampl.* BYNKERSH. *Quaeſt. Jur. Publ. lib.* 1. *cap.* 24. *Licentiam, a Principe conceſſam, occupandi aliorum perſonas bonaque ob vim & injuriam, antea ſuis ſubditis illatam, & negatam de eo facinore juſtitiam; quo ſic manu reparetur damnum, quod manu datum eſt, nec a Magiſtratu coërcitum.* Vid. OTTO *in Not. ad Puffend. de Off. Hom. & Civ. lib.* 2. *cap.* 16. §. 10. & PFEFFINGER *ad Vitriar. in Jur. Publ. Germ. lib.* 3. *tit.* 3. §. 6. *cum ſeqq.*

§. I I.

Repreſ-ſaliarum Origo. Multum inter D. D. diſputatur de hujus juris origine; Grotius & cum eo plerique ejus fundamentum ponunt in jure quodam Gentium voluntario. Sunt tamen, quibus videtur opus non eſſe confugere ad jus aliquod, ſeu morem Gentium, ſed ipſo Jure Naturae licitum eſſe occupare bona ſingulorum civium pro debito patriae & civitatis, & exiſtimat *Clar.* Barbeyracius *in Nota Gall.* 1. (*b*) *ad*

(*b*) Ce n'eſt point ici un établiſſement arbitraire, fondé ſur un prétendu Droit des Gens, dont on ne ſauroit prouver l'exiſtence, & ou tout ſe réduit à un uſage, plus ou moins étendu, mais qui par lui-même, n'a jamais force de Loi. Le droit dont il s'agit, eſt une ſuite de la conſtitution des Sociétés civiles, & une application des maximes du Droit Naturel à cette conſtitution. Dans l'indépendence de l'Etat de Nature, & avant qu'il y eût aucune maniére de Gouvernement Civil, perſonne ne pouvoit s'en prendre, qu'a ceux-là même, de qui il avoit reçu du tort, ou à leurs complices; parce que perſonne n'avoit alors avec d'autres une liaiſon, en vertu de laquelle il pût être cenſé avoir conſenti en quelque manière, à ce qu'ils faiſoient même ſans ſa participation. Mais, depuis qu'on eût formé des Sociétés civiles, c'eſt-à-dire des Corps dont tous les Membres s'uniſſoient enſemble pour leur défence commune; il a reſulté de là une communauté d'intérêts & de Volontés, qui fait que, comme la Société, ou les Puiſſances, qui la gouvernent, s'engagent à défendre chacun contre les inſultes de tout autre, ſoit Citoyen ou Etranger; chacun auſſi peut être cenſé s'être engagé à répondre de ce que fait, ou doit la Société ou les Puiſſances qui la gouvernent. Aucun Etabliſſement Humain aucune liaiſon ou l'on entre, ne ſauroit diſpenſer de l'obligation de cette Loi Gé-

ad Grotium de Jur. Bell. ac Pac. lib. 3. cap. 2. etiam naturaliter quemlibet civium eſſe quaſi ſponſorem & fidejuſſorem ſuae civitatis. Hoc itaque jus derivandum puto ex indole ipſius ſocietatis civilis, nam licet verum ſit, quod in ſtatu primaevo Naturae, nemo innocens propter factum alterius, de quo nec directe nec indirecte participavit, puniri poſſit, & poena teneat culpae auctorem; in ſocietate tamen aliud obtinet; cives etenim coaluerunt in unam perſonam moralem, quidquid igitur uni fit, id to-

nérale, & inviolable de la Nature, *que le Domage ou le Tort doit être reparé*; à moins que ceux, qui ſont par-là expoſés à en ſouffrir n'aient manifeſtement renoncé au droit d'exiger cette réparation. Et lorſque ces ſortes d'Etabliſſemens empêchent à certains égards que ceux qui ont été lézés, ne puiſſent auſſi aiſément obtenir la ſatisfaction, qui leur eſt duë, il faut réparer cette difficulté en fourniſſant aux intéreſſés toutes les autres voyes poſſibles, de ſe faire eux-même raiſon. Or il eſt certain, que la Societé ou les Puiſſances qui la gouvernent, par cela même, qu'elles ſont armées des forces, de tout le Corps, ſont encouragées à ſe moquer, & peuvent auſſi ſouvent ſe moquer impunément des Etrangers, qui viennent leur demander quelque choſe qu'elles leur doivent. Et chaque Sujet contribuë d'une maniére ou d'autre à le mettre à l'Etat d'en uſer ainſi; de ſorte que par-là il peut être cenſé y conſentir. Que s'il n'y conſent point actuëllement, il n'y a pas, aprés tout, d'autre maniére de faciliter aux Etrangers lézés la pourſuite de leurs droits, devenuë difficile par la réünion de force de tout le Corps, que de les autoriſer à s'enprendre à tout ceux qui en ſont partie, ſoit qu'ils aient conſenti ou non.

D'ailleurs, le moyen que les Etrangers puiſſent ſavoir, qui ſont ceux, qui conſentent, ou qui ne conſentent pas actuëllement? S'il falloit qu'ils attendiſſent d'être

toti civitati factum cenſetur, & quod conſenſu aut ſaltem conniventia civitatis unus facit, id tota civitas feciſſe judicatur, quodque ita unus Reipublicae civis alterius Reipublicae civi facit, haberi poteſt, acſi tota Civitas illam injuriam toti alteri Reipublicae intuliſſet, niſi unus Reipublicae Summus Imperans puniendo laeſorem vel eum dedendo ſatisfactionem petitam concedat (c); ni hoc fiat, poterit pars laeſa

d'être bien éclaircis là-deſſus, autant faudroit-il la plus part du tems qu'ils demeuraſſent en repos, & qu'ils ſouffriſſent tranquillement le mal qu'on leur a fait. Ainſi, par une ſuite même de la conſtitution des Sociétés Civiles, chaque ſujet demeurant tel, eſt reſponſable, par raport aux Etrangers, de ce que fait ou doit la Société, ou les Puiſſances qui la gouvernent; ſauf à lui de demander un dédommagement, lors qu'il y a de la faute ou de l'injuſtice de la part des Supérieurs, ou lors qu'aïant été expoſé à ſouffrir injuſtement pour le Corps, ce qu'il lui en coute va au-delà quotte part de ce qu'il eſt tenu de contribuër pour le Bien Public. Que s'il quelquefois on eſt fruſtré de ce dédommagement, il faut regarder cela comme un de ces inconvéniens, que la conſtitution des affaires humaines rend inévitables dans tout Etabliſſement Humain.

(c) Non igitur audienda eſt illa excuſatio, qua nuper praedatorum rapinas male feriati quidam Scriptores obtegere conati ſunt, eas Summo Imperanti imputandas non eſſe. Fateor enim hunc, ſi praedatores in hoſtem immiſſi amicos ſpoliaverint, nihil agere poſſe, quam ut illos puniat, ſi reperiri poſſint, aut dedat, vel in bona latentium, jus reddi curet, quo pacto juſtitiam denegatam adfirmare, & Summum Imperantem amplius teneri, iniquum foret. Sin vero eos abſolvat, hoc ipſo factum approbat, ſuumque crimen facit. Imo qui ſciunt & punire poſſunt & debent, nec puniunt, criminis conſortes videntur. *Magis enim facit, qui poteſt pro-*

laeſa ſibi denegatam Juſtitiam procurare ab alterius Reipublicae cive etiam inſonte, quia hic ſpectatur, tanquam membrum iſtius corporis moralis, a quo laeſio fuit profecta, & ſic factum civitatis ſingulis & viciſſim factum ſingulorum Civitati imputabitur, ſi illa ſuo facto vel non facto injuriae ſe participem reddiderit. Quod ſi autem hoc modo unus aut alter civium damnum ſentiat, debet hoc inter illa incommoda referri, quae Civitates tantum non neceſſario conſequuntur; etſi haec minimam partem faciant illorum malorum, quae ſingulos, extra Civitatem conſtitutos, manſura erant; nam qui in Civitatem intrat, tacite ſeſe obligavit, quod & corpore & bonis membrum eſſe velit, ac propterea fata illa ſubire, quae ſubitura eſt Reſpublica: nam bona civium ſingulorum ſunt bona totius univerſitatis intuitu extraneorum; omnes etenim, qui ſocietatem formant vel gentem, conſiderantur ab exteris, tanquam ὁλοκληεία, tanquam una perſona moralis, omnia eorum bona junctim ſumta ſpectari debent reſpectu exterarum Gentium tanquam bona iſtius ὁλοκληείας, iſtius perſonae mo-

probibere, nec probibet, & quisquis patitur peccare peccantes, is vires ſubminiſtrat audaciae: verba ſunt Arnobii. adde, quod cum ipſi praedandi licentiam & modum praeſcribunt, ſi de praedarum Juſtitia vel Injuſtitia judicent, hanc aleam in ſe ſuſcipere videantur; beata certe foret Reſpublica, ſi quis alienas injurias ſuas exiſtimaret. Vid. *Amici mei* Alb. Ploos van Amstel *Specimen Academ. Inaug. de Jure Commercii, quod gentibus in bello mediis competit. cap.* 8. §. 2. *pag.* 116.

moralis: hinc pulchre ſequitur, quod ſi una Gens habeat jus in partem bonorum alterius Gentis, poſſit ſumere de bonis civium quantum ſufficiat ad ſummam concurrentem, atque hinc in repreſſaliis occupari poſſunt bona ſingulorum, perinde ac occupantur bona univerſitatis vel Summi Imperantis, quidquid ad gentem illam pertinet Repreſſaliis ſubjectum eſt, unde egregie SENECA *de Benef. lib. 6. cap.* 20. *Si quis Patriae meae pecuniam credat; neque hoc aes alienum profitebor, ad exſolvendum tamen hoc portionem meam dabo.* Supra dixerat ſcilicet *cap.* 19. *Unus e populo non tanquam pro me ſolvam, ſed tanquam pro patria conferam.* &: *Singuli debebunt non tanquam proprium ſed tanquam publici partem.* Conf. hic BARBEYR. *loc. cit.* OTTO *ad Puffend. de Off. Hom. & Civ. lib.* 2. *cap.* 16. §. 10. F. HUTCHESON *in Philoſoph. Moral. lib.* 2. *cap.* 5. §. 2. & 3. [prodiit hic liber Glasguae anno 1755.] nec non COCCEJUS & VAN DER MEULEN *in Grot. illuſtr. lib.* 3. *cap.* 2. §. 1 & 2. WOLFF *Inſtit. Jur. Nat. & Gent.* §. 1162. & *ſeqq.* VATTEL *Droit des Gens Vol.* 1. §. 132. 134 & 224. conf. *ampl. Vir.* JAC. ARNOLD DE PERPONCHER *in Diſſ. Inaug. de Juſtitia Repreſſaliarum habita Trajecti ad Rhenum a.* 1715. *cap.* 1. §. 3 & 4.

Iſte tamen qui pignorationi anſam dedit, naturali jure tenetur ad reſarcienda damna alii, cui ob eam cauſam aliquid decedit, inde CICERO *de Off. lib.* 3. *cap.* 5. *Ut enim ſi unumquodque membrum ſenſum hunc haberet, ut poſſe putaret ſe valere, ſi proximi membri valetudinem*

ad

ad ſe traduxiſſet, debilitari & interire totum corpus, neceſſe eſt: ſic, ſi unusquisque noſtrum rapiat ad ſe commoda aliorum; detrahatque quod cuique poſſit, emolumenti ſui gratia, ſocietas hominum & communitas evertatur neceſſe eſt. quod etiam probatur loco PLUTARCHI *in Cimone de Skuriis, P.* 483. *C.* qui ſic habet, οὐ βουλομένων τὰ χρήματα τῶν πολλῶν συνεκτίνειν, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας καὶ διηρπακότας ἀποδοῦναι κελευόντων. *Plerique pecunias contribuere nolebant, ſed jubebant eos, qui res alienas aut habebant aut rapuerant, ſarcire damnum.* Sic Romani quod bello Punico ſecundo a privatis in Rempublicam, erogatum erat. LIV. *lib.* 26. finito eo, nec dum pecunia ſuppetente, tantum agri publici creditoribus addixerunt, quanti debitum aeſtimatum erat. LIV. *lib.* 31. Tiberius querenti Pio Aurelio Senatori mole publicae viae ductuque aquarum labefactatas aedes ſuas, reſiſtentibus Aerarii Prætoribus, ſubvenit, pretiumque aedium ipſi tribuit, erogandae per honeſta pecuniae cupiens. TACIT. *Ann.* 1. 75. 2. conf. VASQ. *Controv. illuſtr. part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. Aliud exemplum vid. apud CICERONEM *de Off. lib.* 2. *cap.* 23.

Quid autem ſi Repreſſalias paſſus nullibi jus ſuum conſequatur, licebitne illi viciſſim homines de civitate, propter quam fuit repreſſaliatus, repreſſaliare? nequaquam, eſſet enim haec vindicta & ultio privata, quam leges & natura Societatis Civilis prohibent. Conf. CUJAC. *lib.* 5. *Obſ. cap.* 18. Quaeſitum eſt, (ut hoc obiter notem) quanam actione experiri poſſit ille, qui ex alieno debito hoc modo damnum

ſenſit, contra eum, cujus reſpectu ipſi illatum eſt, & mirifice in hac determinanda fluctuant Interpretes Juris Civilis; alii, veluti HUNNIUS, nullam omnino competere putant actionem; alii condictionem ex Lege, ut BACHOVIUS; alii ex Lege Aquilia; iterum alii ex Lege Rhodia actionem ſubminiſtrant; alii, inter quos PESCHWITZIUS *Cap. 7. pag. mihi* 146. *ad* 150. Actionem negotiorum geſtorum ex quaſi contractu, vel majori ſpecie actionem in factum laeſo praebent; quum autem in toto Jure Civili Romano nulla Repreſſaliarum occurrat mentio, parum ſolliciti eſſe debemus de actionis ſpecie invenienda, quum ſufficiat obſervaſſe, naturalem aequitatem poſtulare, ut, qui cauſam dederunt Repreſſaliis, damnum ſarciant, quod aliis inde obortum eſt, cum quivis natura tenetur ad reſarciendum damnum, quod dolo vel culpa ſua alter paſſus eſt; quae reſtitutio, ut ex bono & aequo fiat, magiſtratus eſt curare, & hinc cum Doctiſſimo VITRIARIO *Inſtit. Jur. Nat. & Gent. lib. cap.* 2. §. 16. condictionem ex aequitate concedendam putarem, ex qua oritur. Vid. WOLFF *Inſtit. Jur. Nat. & Gent.* §. 1088 & 1163. & PLOOS VAN AMSTEL *in dicto Specimine Academico cap.* 8. §. 2. *pag.* 117 & 118.

Quod ſi ipſe Summus Imperans facto ſuo vel juſſu Repreſſaliis cauſam dederit, damnum iis, quibus aliquid abeſt, ex publico procul dubio reſarciendum eſt, cum factum Principis, qua talis, tanquam ſuum agnoſcere debeat populus. WOLFF *dict. tract.* §. 598. & *ſeqq.* idque etiam moris eſſe, patet ex *Charta* 8. *Aprilis*

prilis 1322. apud F. v. Mieris *Groot Charterb.* 2. *deel*, *pag.* 276 *&* 277. cujus argumentum ſequens eſt: *De Graaf beveeld zyne Bailiuwen de goederen der Engelſchen in beſlag te nemen, tot dat de ſchaade, door hen aan drie Poorters van Zierikzee gedaan, zoude vergoed zyn.* In Charta ipſa haec occurrunt verba: *wi willen, dat ghi zonder vertrecken met hen vaert, ende dat Enghelſe goed arreſteert, ende in behoudene hant hout mitten minſten coſten ter tyd toe, dat voldaen ſie Jacob, Boudyn, ende Witten, onſe poirters voerſz., tote ſes ende dertich pond groeten toe, die ſie hem te ſcaden dede, jof dat ghi anders gebod van ons hebt*, & in *Charta* 12. *Decembris* 1325. apud *Eruditiſſ.* F. van Mieris *Gr. Charterb.* 2. *deel*, *pag.* 371. (cujus argumentum eſt, *De Graaf geeft vryheid aan eenigen om te wrecken op de Engelſchen het rooven van een Schip van Zierikzee, en het doodſlaan van het volk.*) haec occurrunt verba: *Zoe wat dat ſi ghecrighen, of nemen moghen op die Enghelſen, dat ſi dat bringhen ſullen gheheel, ende zonder ofdoen onder onſen Baeliu van Ziericzee, ende van den goede bi onſe Baeliu voirſz. ende bi onſen Scepenen van Ziericzee, hem hair ſcade te verſetten.* Conf. *Appendix Documentorum*, *pag.* 11. *N°.* 26. *pag.* 13. *N°.* 28. *&* *paſſim*. Verum quaeri poteſt, an omnia debita a Principe contracta, cujuscumque ſint generis & quacumque ex cauſa debeantur, cives & ſubjecti in ſe ſolvenda ſuſcipere teneantur? An vero ea duntaxat, quae publici commodi & communis defenſionis atque utilitatis promovendae, vel etiam ſecuritatis tuendae cauſa contracta? Intereſſe enim

enim videtur, num impenſae voluptuariae; vel an utiles & neceſſariae in cauſa fuerint debiti contracti. Quemadmodum boni paſtoris eſt tondere pecus, non autem deglubere; ita poteſt quidem Princeps bona & perſonas civium obligare ad ſolvenda debita, ad uſum & ſecuritatem tranquillitatemque Reipublicae tuendam contracta, ſed dilapidare, & ad animum ſuum, ad cujusvis generis voluptates & luxus pronum, explendum neutiquam debet. Non videtur adeo amplum ipſi conceſſum imperium & proinde debita ob hanc cauſam contracta non tanquam nomine civitatis, cujus repraeſentat perſonam, ſed ſuo contracta videri debent, deſtituitur hoc caſu conſenſu populi, qui praeſumi nequit eo usque voluntatem ſuam ſubmiſiſſe voluntati Principis. Verum monendi cives, ne abutantur hac doctrina, ſi debita illa ob impenſas voluptuarias contracta, non multum excedant aerarii vires, praeſtat ut ea in ſe ſuſcipiant cives, quam eorum ſolutionem declinando Majeſtatem Principis contumeliae exponant. *Quando verum certum eſt, & manifeſto conſtat, prodigè & profuſiſſimè vitam a Principe actam fuiſſe, atque debita ab eo contracta incerti luxui ac prodigis epulis inſerviiſſe* (ut de Vitellio tradit SUETON. *cap.* xiii, cui non minus ſinguli apparatus quadringentis millibus nummorum conſtiterunt) *non tenentur quidem ſubditi debita iſtiusmodi in ſe recipere aut exſolvere*, ut ait ZIEGL. *de Jur. Majeſt.* monet tamen *piè & laudabiliter facturos, ſi & hoc caſu Principi facultatibus ſuis ſubveniant, & debita talia agnoſcant, non minus atque liberi, qui Patris prodigi*

cre-

creditoribus ſatisfaciunt, *&* *ipſi obligati non ſunt*, *&* *ne teneantur*, *ab hereditate paterna ex beneficio Praetoris abſtinere queunt*. Vid. VAN DER MEULEN *in Comment. ad Grot. loc. cit.* Illud autem Jus Repreſſaliarum, cujus fundamentum ex ipſa conſtitutione Societatis Civilis, uti vidimus, petendum eſt, atque adeo nequaquam Naturae repugnat, apud plurimas Europae Gentes paſſim receptum eſt; nam ſola ſunt remedia Principum, qui ſui juris ſunt, injuſtas coërcendi manus, judiciis enim experiri non poſſunt, & aliorum Principum judicio ſe ſubmittere, non aliud eſt, certe eſſe putant, quam Majeſtatem ſuam turpiter proſtituere; niſi enim hoc jus fuiſſet receptum, magna injuriis faciendis daretur licentia, cum bona Imperantium ſaepe non tam facile poſſunt in manus venire, quam privatorum, qui plures ſunt; haec enim rarius in alienum territorium & ſub alienam jurisdictionem veniunt, quam privatorum, qui negotiantur & mercaturam per varias terras exercent. Unde miror illud improbitatis ab *Ampliſſ.* BYNKERSH. taxari; vim enim injuſte illatam juſte repelli, Lex non ſcripta, ſed nata; quam non didicimus, accepimus; verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expresſimus: ad quam non docti ſed facti; non inſtituti, ſed imbuti ſumus: ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet, omnis honeſta ratio eſſet expediendae ſalutis. Hinc QUINCTIL. *Inſtit. Orat. lib.* 7. *cap.* 2. *pag.* 601. Edit. Burmann. *Primum in omni genere debet eſſe defenſio, quia Natura potior eſt ſalus noſtra, quam ad-*

adverſarii pernicies; conf. *Ill.* JAC. ARNOLD DE PERPONCHER *in Diſſ. de Repreſſ. cap.* 5. nam dici nequit, uti quidam voluerunt, quod Juri Naturae prorſus eſſet contrarium, pro alterius debito vel maleficio alium capi, detineri, exigi; jam ſatis, ni fallor, ex ipſa Societatis indole hoc refutavi; unicum, ne quid praetermiſiſſe videar, ex S. S. exemplum adferam: magni momenti caſus eſt, qui *Num.* 31. refertur de Madianitis, & conſideratione dignus. Populus Iſraëliticus duce Moiſe Aegypto egresſus, ubi Madianitarum terras attigiſſet, ad Schitim urbem ſubſtitit, feſſos itineris labore artus quiete & otio refecturus; occurrunt formae excellentis Veneres, quae effuſa libidine captos Iſraëlitas (urit videndo femina) in concubitum & idololatriam trahunt. Iraſcitur ſceleribus Deus, & revocato ad ſe Moiſi vindictam de Madianitis ſumendam praecipit. Obtemperat ille; &, armatis duodecim ex populo millibus, Madianitas invadit, rumpit, ſternit, non aetatis, non ſexus cura habita: promiſcua caede in ſingulos ſaevitur, inſontes cum reis, vitioſi cum bonis pereunt. Virginitati ſoli honos habetur. Quis credat, omnes in haec ſcelera conſenſiſſe, & tamen omnes perluunt. Alibi, ob peccata Aegyptiorum poſſeſſiones eorum grandini traditae, jumenta & primogenita eorum morte conſumta ſunt. *Exod.* 4. 12. Peccato Achan plebs Iſraëlitica in manus hoſtium tradita eſt. *Joſ.* 7. Peccato filiorum Heli populus in manus Philiſtinorum corruit, quidni de Sodoma & Gomorra

Ju-

Judicium durum! ſententia ſæva videtur:
Parvulus & Sodomis adhuc inſons, mollis, inermis
Ut caret vita, quid enim peccaverat infans?

Vid. & alia exempla, quae conglomeravit PESCHWITZIUS *de Repreſſaliis Cap.* 2. *pag. mihi* 57. *& ſeqq.* Vid. VOET *ad D. lib.* 2. *tit.* 2. *n.* 4 *&* 5. & HENR. DE COCCEJI nec non VAN DER MEULEN *Grot. illuſtr. lib.* 3. *cap.* 2. §. 2. & *Vir Ampl.* JAC. ARNOLD DE PERPONCHER *in Diſſert. de Juſtitia Repreſſaliarum cap.* 2. *pr. Cap.* 3. §. 4. *cap.* 4. §. 3. & *cap.* 5. §. 6. ubi Vir Ampl. & aliud argumentum pro Repreſſaliarum adfert aequitate, quod ſcilicet manifeſto abſurdum foret, bellum, ſaevam adeo rem, v. GROTIUS *de J. B. & P. lib.* 2. *cap.* 24. §. 10. ab omni injuſtitia vindicare, & Repreſſalias, remedium non adeo ſanguinolentum, ac minus periculoſum, quod eandem cum bello juſto aequitatem ſuſtinet, damnare; unde Radamanti lex erat:

Quae fecit, ſi quisque ferat, jus fiet & aequum.

§. III.

Hujus itaque Juris duas ſpecies ponit GROTIUS, Repreſſalias proprie ſic dictas, ſeu pignorationem bonorum, & ἀνδροληψίαν, quae locum habet, quando membra exterae civitatis carceri mancipantur, donec taedio vinculorum adfecti, vel ipſi ſatisfaciant, vel debitorem principalem ad ſolvendum debitum compellant. Juris Ejus ſpecies.

pellant. Carceri autem mancipatus dicitur, non ſolum qui in vinculis eſt, ſed etiam qui extra carcerem ita anguſte certo loco circumſcriptus eſt, ut ſub poena ei ab eo recedere non liceat, uti id explicatur in *L. 48. de V. S. ibi DD*, & *in Lege ſuccurritur 9. ex quib. cauſ. major.* vel etiam alicui tota civitas pro carcere dari poteſt, quod tunc *vinculum civitatis* appellare poterimus cum *JCto* MARCIANO *in L. 5. D. de Interd. & Releg.*

Ejusmodi ἀνδροληψία licita eſt ac frequens Jure Gentium, uti in *capite ſecundo* latius oſtendemus; hic itaque videmus pro debito civitatis, quae obligatur ſubditos ſuos, qui aliis nocuerunt, plectere, obligari jus quoddam incorporale ſubditorum, ipſam ſcilicet libertatem morandi, ubi velint, & agendi quod velint, donec civitas id faciat, quod facere tenetur, id eſt, puniat ſontem; quamquam enim Aegyptii, uti ex DIOD. SICULO *Biblioth. lib. 1. cap. 79. p. 99.* diſcimus, diſputabant, corpus ſive libertatem pro debito obligari non debere, ex lege BOCCHORIDIS nempe, qui τῶν ὀφειλόντων τὴν ἔκπραξιν τῶν δανείων ἐκ τῆς ὐσίας μονὸν ἐποιήσατο, τὸ δὲ σῶμα καὶ ὐδένα τρόπον εἴασιν ὑπάρχειν ἀγώγιμον. h. e. *Uſuras de facultatibus duntaxat obaeratorum exigere ſtatuerat, ſed corpus in nexum ducere nullo modo conceſſerat.* Nihil tamen in eo eſt naturae repugnans & mos non Graecorum modo, ſed & aliarum Gentium in contrarium valuit, nempe ut qui non habeset in aere, lueret in corpore. Nam cum in bonis civium contenta ſit etiam eorundem libertas naturalis, libertas quoque civium ſingulorum ſeu

per-

perſonae ipſorum, quibus hoc jus inhaeret, obligatae ſunt pro debitis civitatum, conſequenter ſi Gens alteri vel ſubditis ejus jus denegat, pignorationis cauſa etiam ſubditi alterius capi poſſunt: cumque capiantur eo fine, ut Gens iſta permoveatur ad jus reddendum, capi poſſunt perſonae meritis vel dignitate in civitate eminentes, ſexus cujuscumque, earumque liberi, vid. *Sagaciſſimus* WOLFF *Inſt. Jur. Nat. & Gent.* §. 1164.

§. IV.

Vidimus, quod & Res & Perſonae Jure Repreſſaliarum ſint ſubjectae, videndum porro, an etiam Cives innocentes occidi poſſint Jure Repreſſaliarum; quod creditum eſt apud aliquos populos, eo nimirum quod crederent unicuique hominum jus plenum eſſe in ſe & ad Rempublicam poſſe transferri, quod minime eſt probabile, nec ſaniori Theologiae conſentaneum, nam homines, qui detinentur jure Repreſſaliarum, detinentur tanquam pignora, ut Gens altera obligetur juſtis querelis ſatisfacere; ſi itaque Summus Imperans ſatisfactionem petitam concedere nolit, non poterit proinde Princeps, apud quem detenti ſunt, in eorum corpus vel vitam ſaevire propter denegatum jus. Bona imo libertas eorum obligata eſſe poſſunt pro debito civitatis, nequaquam vita, de quà homo pro arbitrio diſponere nequit; vid. praeter PUFFENDORFIUM aliosque, J. N. FUNCCIUM *ad lib.* JOH. ROBECK *de morte voluntaria in notis perpetuis* & WOLFF *loc. cit.*

An vita civium innocentium Repreſſaliis ſubjecta ſit.

B

cit. (*d*). Nam in ἀνδροληψία captivi conſiderantur tanquam obſides taciti, nunc autem obſidum vita nequaquam eſt obligata, quod demonſtravit Hugo Grotius *de Jur. Bell. ac Pac. lib.* 2. *cap.* 21. §. 11. quae ibi dixit, hic non repeto. Conf. Schilterus *in Singulari Diſſert.*

(*d*) Vid. Inſtitutions Politiques par *Monſieur le* Baron de Bielefeld *tom.* 2. *Chap.* 7. §. 23. *pag.* 137. qui s'exprime ainſi: *Que dirons nous des Repreſſailles? Les Auteurs les plus fameux du Droit de la Nature & des Gens, ſoutiennent, qu'elles ne ſont pas injuſtes, & que les biens & la vie de chaque ſujet repondent pour ainſi dire des dettes de l'Etat dont il eſt membre, comme auſſi du tort que cet Etat peut avoir occaſioné en faiſant une Injuſtice, une Injure, ou une Cruauté à des ſujets de l'Ennemi, ou d'un autre pais étranger. Je ſerois aſſez du ſentiment de ces Hommes célebres, autoriſés par tant d'exemples anciens & modernes ſur tout ce qui regarde les biens; mais à l'égard de la vie des ſujets innocens cette opinion me paroit fondée ſur l'erreur où l'on étoit autre fois, que chacun a droit abſolu ſur ſa propre vie, & qu'ainſi il peut le transferer à l'Etat. La Religion & la Loi Naturelle s'oppoſent à l'exercice du Droit de Repreſſailles ſur la vie de tout homme, qui n'eſt pas perſonnellement coupable; & tout Prince, tout Miniſtre, tout General, qui a de l'humanité & qui ne veut point flêtrir ſa Gloire par une lacheté, ne fera point perir un innocent par un motif de vengeance. On ne peut entendre ſans fremir la cruelle avanture d'un certain Gouverneur de Place-forte, qui étant à faire une partie de jeu avec un Officier de mérite, ſon priſonier, & avec lequel il avoit contracté des liaiſons d'amitié pendant ſa detention, reçut ordre de lui faire couper la tête par repreſſailles & ſe vit obligé de lui annoncer cette funeſte Nouvelle les cartes à la main, & de la faire executer ſur le champ.*

ſert. de Jure Obſidionis, quae inſerta eſt *Exercitationibus* SCHILTERI *ad D. Exercit.* 9.

Poſſunt tamen circumſtantiae dari, ubi permiſſum eſt hoc talionis jure uti, ſcilicet ſi ſit medium abſolute neceſſarium ad finem, ad quem juſte tendere poſſumus; nimirum licebit morte afficere cives alterius Reipublicae, ſi iſtius Reipublicae Summus Imperans noſtros ſine juſta cauſa occiderit, atque in hoc facinore perrexerit; jam conſervatio noſtri hoc nobis ſuadet, nam ut PLATO ait, *nemo prudens punit, quia peccatum eſt, ſed ne amplius peccetur.* vid. & SENEC. *de Ira*, ſed quando mors innocentis hominis nulli alii ſcopo inſervit niſi vindictae & irae, tunc ejusmodi talionis jura plane ſunt prohibita. Memorabile exemplum exſtat apud Cl. Virum JOH. WAGENAAR *Vaderl. Hiſtor.* 6. *Deel. bladz.* 351. (*e*). circa triſte illud bellum, quod tam acriter cum Hiſpanis geſtum. In eo Dux Albanus contra Jus Gentium juſſit, ut omnes captivi ſuſpenderentur, neque hanc ſententiam mutare volebat, licet ſaepius rogatus: tandem Belgae exemplum ſtatuerunt in Nobili quodam Hiſpano, quem infelici ex patibulo ſuſpenderunt, & in nautis claſſis Hiſpaniae,

(*e*) —— Pachecho werdt ſpoedig te regt geſteld, en nevens twee andere Spaanſche Jonkers ter Galge gedoemd, van welke hem zyn adeldom, dien hy zoo hoog ſtelde als die der Graaven van Egmond en Hoorne, welken men egter het ſwaard gegund hadt, niet bevryden kon. —— Men hieldt zig hier aan de gewoonte die Alva ingevoerd hadt om de gevangenen in den begonnen burgerkryg niet naar krygsgebruik te handelen,

niæ, quos captos ſubmerſerunt, & ſic jure talionis uſi ſunt, conf. Hoofts *Hiſtorien 6. boek, bladz.* 236. Bor 6. *boek*, *bladz.* 268. 269 & 270. Sunt, ut hoc obiter notem, qui exiſtimant hocce factum confoederandae noſtrae Reipublicae anſam dediſſe.

Fieri quoque poterit, ut non ex intentione, ſed ex accidente occidantur, qui juris executionem impedire volunt: quo caſu Grotius putat, ſi id praevideatur, illicitum eſſe ex caritatis lege. Chriſtianis praeſertim pluris eſſe debeat vita hominis, quam res noſtra; hac ratione tamen, ut recte notavit Barbeyrac *in not. Gall. ad Grot. de Jur. Bell. ac Pac. lib.* 3. *cap.* 2. §. 6. illud jus plane eſſet inutile Chriſtianis; apud Summos Imperantes vera ſalus Patriae & ſubditorum primaria eſt agendi norma, moderatio quidem eſt laude digna per ſe, ſed Principes ea uti debent, in quantum coincidat cum ſalute & utilitate ſuorum civium, quoniam etenim ex ſupra demonſtratis Repreſſaliae & ἀνδροληψία ſunt licita, ſi quis executioni Repreſſaliarum & Viricapioni reſiſtit, in eum eadem licent, quae defenſori licita ſunt; vis igitur in eo caſu aeſtimanda, non ex eo, quod debetur, ſed quod ad vim injuſtam, qua reſiſtitur, depellendam ſufficit. vid. Wolff *loc. cit.* §. 90. *& ſeqq. coll.* cum §. 1165. & Grot. *de Jur. Bell. ac Pac. lib.* 2. *cap.* 15. §. 16. & *cap.* 21. §. 11. & *lib.* 3. *cap.* 2. §. 6. nec non Vattel *Droit des Gens livr.* 1. §. 169. *&* 171. & *livr.* 2. *chap.* 18. §. 339, 351 *&* 352. & ampl. Gerard Noest *algemeen Staats-recht pag.* 531.

§. V.

§. V.

Licitum autem eſt Repreſſaliis uti, ſi denegetur jus a civitate extera, id eſt, ſi id, quod noſtrum eſt, aut nobis debetur, repetitum denegetur. Jus autem multis modis denegari poteſt in civitate extera. **Quando Repreſſaliis uti licet.**

Primo, ſi Judex penitus audire nolit partem conquerentem, & hac ratione denegatur penitus juſtitia.

Deinde, ſi audit quidem Judex partes, ſed dilationes, quarum rationem reddere nequit, affectat.

Tertio, ſi audit quidem actorem, ſed ſententiam decernat manifeſto iniquam; ſic itaque ſi in civem noſtrum dicta foret ſententia, quidem cum ſolennitatibus & more judiciorum, ſententia vero illa foret manifeſto iniqua, tunc locus foret Repreſſaliis: *quid enim intereſt inter ſuaſorem facti, & probatorem*, inquit CICERO *Philipp. 2. cap. 12. pag.* 431. Quisquis nimirum patitur peccare peccantem, is vires ſubminiſtrat audaciae. Poſſet quidem hic objici, *atqui Praetor jus facit, etiamſi inique decernat*; & veluti ſubditus, ſi cauſa legitime dicta condemnatus fuerit, conqueri non poteſt, licet ſententia ſit iniqua; ſimiliter videtur dicendum, quod ſi in exterum dicta fuerit ſententia, rem judicatam pro veritate eſſe habendam, ſed reſpondendum: multum hic intereſt inter ſubditum & extraneum, quod ſcilicet ſubditus debeat parere ſententiae dictae ob Imperii in eum efficaciam, quum Imperio Summo non poſſit reſiſtere; ſed exterus, qui ejusdem Imperii Majeſtatem non

 co-

colit, poterit alio modo ſibi proſpicere, ut ſuum conſequatur, quod per judicem obtinere haud potuit, nam, uti ULPIAN. dicit, *verus debitor, licet abſolutus ſit, natura tamen debitor permanet. L. 60. D. de Cond. Indeb.* & *L 12. §. 1. D. de Diſtr. Pign.* & ita verior videtur ſententia: extraneum acquieſcere non debere, ſed poſſe uti Repreſſaliis, ſi iniqua dicta ſit ſententia in alieno territorio. Vid. GROTIUS *loc cit.* §. 2. & VATTEL *livr.* 2. §. 350. verum hic neutiquam omittendum, quod denegata juſtitia liquido probari debeat, veluti ex inſtrumento publico aut teſtibus omni exceptione majoribus; neque ſufficit ſimplex & nuda narratio, uti nec juramentum ejus, qui hoc firmat, deſperaſſe ſe, de jure ſuo conſequendo, nam in judice non praeſumitur negligentia, niſi probata ſit legitima requiſitio. vid. PESCHWITZ *de Repreſſ. cap.* 4. *pag. m.* 101.

§. VI.

Quinam in Jure Repreſſaliarum obligati ſunt.

Obſervandum porro, quod magna detur differentia inter pignorationem atque arreſta Juris Civilis & Repreſſalias Gentium. Sunt in Jure Civili multae perſonae, quae privilegio gaudent, ut res eorum arreſto detineri nequeant, ſic quoque feminae & ruſtici privilegio utuntur ratione pignorum; ſed haec ſingula ignorat Jus Gentium, quo Jure pignorationi ſubjacent omnes ſubditi ejus, qui jus non reddidit, aut injuriam fecit, ſiquidem habitant in ejus territorio, non ſi itineris aut peregrinationis aliave de cauſa tempus aliquod duntaxat ibi morati

rati ſunt. Vid. & *L.* 3. *D. de Off. Adſeſſ.* Introductae enim ſunt pignorationes ad exemplum onerum, quae pro publicis debitis exſolvendis inducuntur, quorum immunes ſunt, qui tantum pro tempore loci legibus ſubſunt; a numero tamen ſubditorum excipiuntur Legati & res eorum, quorum tam ſanctum & venerabile nomen eſſe debet, ut non modo inter ſociorum jura, ſed & hoſtium tela incolumes verſentur. Cujus religio tanta fuit apud Scipionem Africanum, ut navem onuſtam Carthaginienſium bonis & Viris Illuſtribus repletam incolumem remiſerit, cum ſe Legatos ad eum miſſos fingebant, licet ipſe probe ſciret, falſum legationis nomen inventum eſſe praeſentis periculi vitandi gratia, incolumes tamen dimiſit, ut ſcilicet Romani Imperatoris potius decepta fides, quam fruſtra implorata judicaretur. Inter perſonas Jure Repreſſaliarum exemtas etiam enumerat Peschwitzius *de Repreſſaliis pag. mihi* 201 *& ſeqq.* Clericos, nec non Studioſos; rationes tam nobilis privilegii plures allegantur: praecipue ſunt bonum publicum, & immenſi labores & pericula, quae ſtudiorum cauſa durant: quis enim eorum non miſeratur, qui amoris ſcientiae exules non expulſi, ſed qui ipſi ſemet ejiciunt, non ejecti in exilium, ſed ſua ſponte exulantes. Facti de divitibus pauperes, quia bonae mentis ſoror ac ſapientiae paupertas: ſemet ipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponunt: qui ejurata voluptate & otio in libris ſemper & chartis, noctu, diu, adſidui, accubi, quod ingenio addunt, viribus detrahunt; pallentes inde merito dicendi, &

umbrarum genus, quibus chartae genarum purpuram vorant, litterae ſupercilia inumbrant, & noctem ſaepe utrique lumini inferunt. Vid. PESCHWITZ *loc. cit.* qui multa diplomata in hanc rem adfert, nec non VAN BYNKERSHOEK *de For. Legat. cap.* 21. & BARBEYR. *in not. Gall. ad hunc locum.* ut & ALB. PLOOS VAN AMSTEL *loc. cit. pag.* 117. *in pr.*

§. VII.

Repreſſalias concedere ſolius eſt Principis.

Quum in Jure Repreſſaliarum res inter duos Principes agatur, atque hinc periculoſum ſit ſingulos proprio marte eas exercere; adde quod aliquando fomes & ſpecies belli ſint Repreſſaliae, hinc prono alveo fluit, quod earum exercendarum arbitrium non debeat penes privatos eſſe, nam uti ULPIANUS *in L.* 156. *de R. J.* notat, *non eſt ſingulis concedendum quod per Magiſtratum fieri poteſt, ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi?* niſi enim ad ſupremam poteſtatem referatur, nunquam quieſcet Reſpublica a turbis, quia nunquam deërit ſeditioſus aliquis, qui excogitata veriſimili quadam cauſa armis adoriri vicinum ſuum & vindictae propriae frenum laxare audeat, adde quod facile in rebus noſtris quandoque adfectu corrumpimur. Vid. H. GROT. *de Jur. Bell. ac Pac. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 8. & carius ex ira ſe quiſque ulciſci parat, quam eſt conceſſum legibus juſti & aequi: eo magis, quod ſaepe non expediat ſtatui publico, violentis uti remediis, quod Summi Imperantis judicio ſoli eſt relinquendum, qui tamen, niſi graviſſimae obſtent

ratio-

rationes, hanc licentiam ſubditis (id eſt talibus, qui damni perpeſſi tempore ſubditi fuerunt, & communia Patriae onera cum aliis ſuſtentarunt) vix denegare poteſt, niſi minus eorum commodo & ſuae gloriae conſulere velit.

In Monarchicis Repreſſalias concedere ſolent Reges, &. in mixtis regnis, ubi Reges ſoli bellum gerere nequeunt, Rex cum Optimatibus; huc pertinet memorabilis caſus in *Capitulatione* Caroli VI. *Art.* 7. de quo vid. G. Noest *Algem. Staats-recht pag.* 530.

Atque id etiam apud Gentes moratiores nunc fere ubique ſervatur, uti *Capite ſecundo* latius videbimus. Vid. Vattel *Droit des Gens livr.* 2. *chap.* 18. §. 346. Hertius *in Not.* 2. *ad Puffend. de Jur. Nat. & Gent. lib.* 8. *cap.* 6. §. 13. Bynkersh. *Quaeſt. Jur. Publ. lib.* 1. *cap.* 24. *pag.* 157. & Peschwitz *de Repreſſal. cap.* 5. & nuper Alb. Ploos van Amstel *cap.* 8. *pag.* 115. conf. *ampl. Vir* de Perponcher *in Diſſert. de Juſtitia Represſaliarum cap.* 4. §. 4.

§. VIII.

Repreſſaliae autem conceduntur ſubditis reſpectu concivium laeſorum vel univerſitatis laeſae; an autem in favorem extraneorum concedi queant, quaeſtio eſt penna & bipenni agitata. Sunt qui negant, quia, uti ajunt, Repreſſalias concedere reſpectu exterorum, qui ſe laeſos putant, id perinde eſt, ac ſe Judicem inter duas Gentes litigantes conſtituere, quod nemini licet niſi arbitrium rogato; cum Principis qui- Quaeritur, num Repreſſaliae etiam exteris concedi queant.

 dem

dem interſit nullam cives ſuos injuriam ac laeſionem a peregrinis pati; nequaquam vero ad eum pertineat, ſi in alieno territorio peregrinis jus non reddatur; adde & aliam rationem, quam adducit PESCHWITZIUS *cap.* 6. *pag. mihi* 130. quod ſcilicet ſi promiſcue quibusvis haec gratia concederetur, multi adverſam fortunam paſſi ficto animo ad alicujus Principis patrocinium confugerent, & ſe ſubditos efficerent, donec impetratis Repreſſaliarum litteris, damnum perpeſſum reparaſſent, quo recuperato, ad priorem ſuum Principem forſan ingrati redirent. vid. VATTEL *Droit des Gens loc. cit.* §. 348. & VOET *ad tit. D. de Judiciis n.* 31. qui rem judicatam adfert ex NEOSTADIO *Curae Supr. Deciſ.* 11. & *Clar.* BARBEYRAC *in Gallica verſione Libelli Bynkershoekiani du Juge competant des Ambaſſadeurs chap.* 22. §. 5. *in not.* Circa hanc quaeſtionem caſus exſtitit talis, cum Cardinalis HASSUS ob non reſtituta Equitum Melitenſium bona omnes Belgarum Foederatorum naves in Anglia arreſto detinuiſſet, Ordines Generales 15. Junii 1662. rogarunt, ut Ordinum Hollandiae Conſiliarii Cardinalis Actorem, quamvis pro Legato habitum tam apud Ordines Generales quam Hollandiae, etiam hic arreſto detinerent. Quod & factum eſt, & militari cuſtodia detentus ille Actor, donec illud navium arreſtum in Anglia ſolveretur. AITZEMA *lib. XLII. pag. mihi* 900. *cum ſeqq.* [*edit. ann.* 1669. *fol.*] Addunt Ordines in Decreto, quod d. 15. Jun. 1662. fecerunt, ſecundum Jus Gentium Repreſſalias dari non poſſe, niſi pro ſubditorum ſuorum jure, non au-

autem cum eorum nihil interſit, & ſic tamen Anglos feciſſe. Dubitat *Ampl.* BYNKERSH. *de For. Legat. cap.* 22. §. 5. an recte; *Si enim recipias*, inquit, *Repreſſalias pro ſubditis, eſſe non videtur cur pro exteris neges. Nam juſtae ſunt vel injuſtae; ſi injuſtae, & ſubditis per injuriam conceduntur; ſi juſtae, non poſſunt ſine injuria peregrinis negari, in ratione juris enim Tros Tyriuſve fuat, nullo diſcrimine habetur, & omnium judiciorum uſu, ubi ex arreſtis forum ſortimur, comprobatum eſt, bonis debitoris arreſto incluſis, non ſubdito duntaxat, ſed & peregrino jus dici. Niſi tamen ſpeciali lege cautum ſit, ut ſunt ejusmodi leges, ne peregrini in alterius imperio invicem arreſtis utantur. Igitur illa Actoris detentio vix eſt, ut defendi poſſe videatur, nec ex jure communi, nec ex cauſa Legati, ante detenti, quae alioquin vulgaris exceptio eſt.* Hiſce BYNKERSHOEKII argumentis & aliud addi poteſt, ſcilicet quod in bellis etiam parti oppreſſae opitulari poſſimus, ipſi etiam Belgae in Bello contra Hiſpanos externam opem quaeſiverunt, vid. J. WAGENAAR *Vaderl. Hiſt. ad ann.* 1588. 8. *Deel*, *pag.* 297. nunc autem non videtur ratio, cum id in Bellis liceat, cur in Repreſſaliis neges. Factum tamen & rationes Ordinum comprabarunt BARBEYRAC (*f*) & VAT-

(*f*) J'avouë, pour moi, que, mis apart, ce que l'uſage pourroit autoriſer ici, j'entre dans la penſée des *Etats de Hollande*. GROTIUS fonde le Droit des *Repreſailles* ſur des raiſons, qui ſuppoſent néceſſairement, qu'elles ne doivent avoir lieu qu'en faveur des Sujets de l'Etat, *Droit de la Guerre & de la Paix. Liv.*

Vattel (*g*) *loc. cit.* Ego hanc litem male judicando meam facere nolo, ideoque ampliare liceat.

§. IX.

Num Repreſſaliis ſubjacet depoſitum publicum.

Quaeri etiam ſolet, num Repreſſaliis ſubjacet depoſitum publicum, quod adfirmandum videtur, niſi pacto expreſſo hoc exceptum ſit; nam quum liceat, poſitis terminis habilibus, alicujus terram invadere, atque inde Repreſſaliarum jure res eripere, nulla videtur ratio, cur non etiam ejus res apud nos inventas occupare poſſemus; diſſentit Vattel *loc. cit.* §. 344. Aſt eum rem minime extricare cuivis attendenti patebit.

§. X.

Liv. III. Chap. II. à quoi j'ai joint, dans mes Notes, des réflexions, qui feront peut-être mieux voir la juſtice des *Repreſailles*, exercées ſur ce pié-là, indépendamment même de l'uſage. Elles ont cependant quelque choſe d'aſſez dur, par rapport à ceux ſur qui on en uſe actuellement, & d'aſſez périlleux, par rapport à l'Etat qui les ordonne, pour qu'on ne doive pas ſe les permettre facilement, au delà du but, pour lequel elles ont été établies, que l'on ne ſauroit nier être la protection des ſujets de l'Etat contre les Etrangers, de qui ils ne peuvent obtenir la réparation du tort qu'on leur fait. Or ici je ne ſai ſi l'on peut bien prouver une coûtume reçuë, d'accorder les Repréſailles à des Etrangers.

(*g*) —— L'Angleterre, aïant accordé des Repréſailles, en 1662. contre les Provinces-Unies, en faveur des Chevaliers de Malte, les Etats de Hollande diſoient avec raiſon, que ſelon le Droit des Gens, les Repréſailles ne peuvent être accordées que pour maintenir les Droits des ſujets de l'Etat, & non pour une affaire à laquelle la Nation n'a aucun intérêt.

§. X.

Quid autem, an injuriae a privatis injuſſu Principis illatae, veluti ſi privati Mercatores commeatum, arma, pulverem tormentarium & alia inſtrumenta bellica, quibus res hoſtium foventur, amicorum hoſti contra pacta aut interdicta publica advehant, vel aliquo modo confoederatis ſuis noceant, Principem vel populum univerſum adficient, & juſtis Repreſſaliis juſtum locum facient? Et verius eſt ex delicto ſubditorum univerſitatem non teneri, niſi in id conſenſerit, aut cum ſciret aut impedire poſſet, non prohibuerit: injuſtitia enim eſt, non ſolum ſi ipſe injuriam inferas; ſed etiam ſi ab iis, quibus infertur, non propulſes, ſi poſſis. Hinc cum Galliarum Rex [apud GUICARDINUM *lib.* 5.] Venetis exprobraret: emptum eſſe Venetiis commeatum & pulverem pyrium & hoſtibus ſuis advectum; Veneti reſponderunt: in civitate ſua nulli unquam negotiari prohibitum fuiſſe, & factum illud, privatos Mercatores, non publicum tangere; ideoque poenam extra illos extendi non debere. Sic etiam quum Gallicus apud Reginam Angliae Legatus conqueſtus eſſet, Montgomerium Anglorum auxiliis, contra foedus ad Rupellam navigationem ſuſcepiſſe, & Mercatores Anglos Rupellanis obſeſſis rem annonariam ſubminiſtraſſe, reſpondit Regina: ſe fidem foedere datam ſancte & inviolabiliter ſervare ſervaturamque: auxiliares illos piratas eſſe & extorres; injuſſu ſuo ſolviſſe; ſigna ementitia praetuliſſe, atque ut in eos animad-

Quid ſi injuriae a privatis injuſſu Principis illatae?

ver-

verteretur, ſe peroptare, CAMDENUS *Hiſtor. Elizab. Angl. Reg. part.* 2. *ad annum* 1573. *pag. mihi* 245. Secus eſt, ſi permiſſu Superiorum ſuorum ejusmodi privati ad hoſtes noſtros deferant, *Neque hoc eſt colere cum utrisque amicitiam, ſi alteros laedas, juves alteros, at imo hoc eſt auxiliari hoſtibus & cum hoſtibus adverſus alios facere*; verba ſunt ELISABETHAE *Reginae* apud ALBERICUM GENTILEM *de Jure Belli lib.* 2. *cap.* 22. conf. hic ὁ *μέγας de Jure Belli ac Pacis lib.* 3. *cap.* 1. §. 5.

§. XI.

Quaerit, an qui ab origine inimici ſubditus fuit, apud amicos degens inimicus cenſendus fit.

Quaeſtio etiam nonnunquam incidere poteſt: an qui ab origine inimici ſubditus fuit, apud amicos degens, inimicus cenſendus erit? ſeu clarius: an Repreſſaliis conceſſis ſimpliciter ex. gr. contra Suecos, liceat etiam occupare bona ejus, qui Holmiae natus, Amſtelodami fortunarum ſedem fixit? & certe mihi videtur verior illorum ſententia, qui, in duplici hac qualitate *Originis* & *Domicilii* extra Patriam habitantem a Repreſſaliis eximunt, dummodo in *Civitate Originis* per ſe vel ſuos nihil poſſideat, nullaque munera participet; quoad eſſentiam enim Juris indigenatus, non requiritur habitatio in ipſamet civitate, ſed poteſt quis plura habere domicilia, quod etiam probatur per *L.* 6. §. 2. *D. ad Municip.* & *L.* 7. *Cod. de Incolis, ibique D. D.* licet civitas Romana amitteretur, alia adſcita vid. C. NEPOS *in Vita Attici cap.* 3. Idque generali omnium fere locorum praxi obtinet: hinc eſt, quod Hiſpa-

Hiſpanus, qui eo animo domicilium mutavit, ut in Francia remaneret, deſinit eſſe Civis Hiſpanus, adeo ut admitti nequeat ad beneficia & officia perpetua regni, quae ſolis naturalibus ibi habitantibus deferuntur. Vid. Perezius *ad C. tit. de Munic. n.* 20. Itaque ſi quis extra patrium regnum in alieno territorio Domicilium & Larem fixerit, a Repreſſaliis, contra patriam ſuam datis, liber erit tanquam membrum alienae civitatis; ſecus eſt, ſi tanquam advena & colonus adventitius, ſine Lare Domicilioque in alieno territorio commoretur, receſſus enim non liberat a nexu communitatis patriae, cujus adhuc membrum eſt, quo minus oneribus ejus ſubjiciatur.

§. XII.

Quod ſi omnia tentata ſint, nec Repreſſaliis locus detur, & alio modo reparari injuria non poſſit, triſte, ſed ultimum, & ſaepe neceſſarium remedium eſt bellum: nec eſt, quod dubitetur, quin, ſi alio modo recuperare res noſtras non poſſimus, juſtus modus eas repetendi & cautionem de non laedendo in poſterum extorquendi ſit Bellum; hinc Augustinus *Lib. VI. q.* 10. *Joſue: Juſta Bella definiri ſolent, quae ulciſcuntur injurias: ſic Gens & Civitas pētenda eſt, quae vel vindicare neglexerit, quod a ſuis improbe factum, vel reddere, quod per injuriam ablatum eſt.* eleganter inde Vattel *Droit des Gens tom.* 1. §. 354. *Ceux qui courent aux armes ſans néceſſité, ſont des fleaux du Genre humain, des barbares, ennemis de la Société & rebelles aux Loix de la Nature, ou plutôt du Pere commun des hommes.*

Ultimum refugium Bellum.

CA-

CAPUT SECUNDUM

Apud pleraſque Gentes Repreſſalias in uſu eſſe oſtendit.

§. I.

Repreſ-ſaliae jam cognitae apud Graecos.

Vetuſtiſſimum Repreſſaliarum exemplum eſt apud HOMERUM *Iliad.* λ. *verſ.* 673. ubi *Neſtor* narratur ob ereptos patri equos Elidenſium pecora & armenta cepiſſe ῥύσι' ἐλαυνόμενος. Uti Poëta loquitur, ubi ῥύσια interpretatur EUSTATHIUS τὰ ἀντί τινων ῥυόμενα, ὅ ἐστιν ἑλκόμενα καὶ ἀντὶ τῶν προαρπασθέντων ἁρπαζόμενα. Et Etymol. Magn. ῥύσια ἀντὶ τοῦ ἐνέχυρα. τὰ ἀντὶ τινῶν ἑλκόμενα. ἅπερ ἀντὶ τῶν ἡρπασμένων ἁρπάζονται. Sequitur in narratione, convocari edicto ad jus ſuum perſequendum omnes eos, quibus aliquid ab Elidenſibus debebatur, nimirum. *Verſ.* 704.

Μή τις οἱ ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης.

Ne quis juſta ſibi parte careret.

Et apud ARISTOTELEM *Oeconomicôn ſecundo pag.* 503. [Ed. Pariſ.] de decreto Carthaginienſium ad prehendendas exterorum naves, εἴ τις σύλαν ἔχοι ut ibi loquitur, *ſi quis jus prehendendi haberet.*

De Ἀνδροληψίᾳ ſic habebat *Lex Attica* apud DEMOSTHENEM *Or. adv. Ariſtocr. p.* 440. *C. Ed.* 1572. ἐὰν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἢ δίκας τοῦ φόνου ὑπόσχωσιν, ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδῶσι. τὴν δὲ ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή.

id

id eſt, *Si quis morte per vim illata obierit, pro eo proximis ac neceſſariis jus eſto homines prehendendi, donec aut poena ſumatur de caede aut homicidae dedantur: liceat autem tres tantum homines prehendere, non ultra.* Vid. PETIT. *ad Leges Att. lib. VII. tit. I. pag.* 622.

De Heſioneo narrat DIODOR. SICUL. *libr. IV.* §. 69. *pag.* 314. quod, cum Ixion promiſſa munera filiae ſuae, quam uxorem duxerat, non daret, τὰς ἵππους (Ἰξίονος) ἀντὶ τούτων ἠνεχύρασεν, & in *excerptis de Virtut. libr. VI. pag.* 548. quod Poluchares Meſſenius propter vindictam de interfectore filii ſui, a Lacedaemonibus denegatam, filium homicidae interficiebat, & τὴν πόλιν ἐῤῥυσίαζε ibi WESSELING. quod PAUSANIAS *libr. IV. cap.* 4. *pag.* 290. explicat, cum narrat, quod παῖδά τινα, ὃν λάβοι Λακεδαιμονίων, ἐτόλμα φονεύειν. ibi KUHNIUS & de *Hercule* narrat APOLLON. RHOD. *lib. I. v.* 1357. quod Kianorum

Νήσασθαι παῖδας
Οὕς οἱ ῥύσια κεῖθεν ἐπιπροέηκεν ἄγεσθαι,

Usque dum inveniſſent Hulam vel vivum vel mortuum: ibi Schol. ex hoc more Creon apud SOPHOCL. *in Oedip. Colono v.* 906. minitans non ſolum ſeſe puellas: ſed & ipſum Oedipum abducturum, inquit choro.

Καὶ μεῖζον ἆρα ῥύσιον πόλει τάχα
Θήσεις.

Ita POLYBIUS narrat Φιλοποίμενα ἀποδεδωκέναι τοῖς (Ἀχαίοις) αἰτουμένοις τὰ ῥύσια κατὰ τῶν Βοιωτῶν, quia nempe illis debita reddere recuſabant.

Excerpt. Legat. XXVIII. pag. 1176. & Delios in Achaia ſedem occupantes, cum Athenienſes ipſis jura foederis negarent, poſtulaſſe τὰ ῥύσια τῆς Ἀχαΐας κατὰ τῶν Ἀθηναίων. *Excerpt. Legat. CXXIII. pag.* 1326. & ita idem citante VALESIO *ad Harpocrat.* in voce σύλας, dixit τὰ ῥύσια διδόναι κατὰ τῶν Αἰτωλῶν. & *libr. IV. Hiſtor. pag.* 411. *edit. Caſaub.* narrat, quod Achaei, dum Aetoli adhuc de rebus conſultarent, τὸ λάφυρον ἐπεκήρυξαν κατὰ τῶν Αἰτωλῶν. Et DEMOSTH. *de Corona Praefect. Nav. pag.* 717. *Edit.* 1572. A. καὶ μόνοις ὑμῖν οὐδαμόσε ἐστὶν ἄνευ κηρυκείου βαδίσαι. διὰ τὰς ὑπὸ τούτων ἀνδρολη-ψίας καὶ σύλας κατεσκευασμένας. de triarchis enim antea dixerat: ἐπειδὰν γάρ τις, μισθωσάμενος τριηραρχίαν ἐκπλεύσῃ, πάντας ἀνθρώπους ἄγει καὶ φέρει.

§. II.

Apud Hebraeos. De Hebraeis JOSEPHUS *Antiq. Hebr. lib. XVI. cap. X. §. 8. & 9. pag.* 817. Ubi haec verba τὸ δάνειον εἰπὼν τῶν πεντακοσίων ταλάντων, καὶ τὴν συγγραφὴν ἐν ᾗ καὶ τοῦτο ἦν προσγεγραμμένον, ἐξεῖναι, τῆς προθεσμίας παρελθούσης, ῥύσια λαμβάνειν ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας, τὴν μὲν στρατιὰν οὐ στρατιὰν ἔλεγεν, ἀλλ᾽ ἐπὶ δικαίων τῶν ἰδίων ἀπαίτησιν· *cum narraſſet quingenta (Herodi) talenta debita, cautionemque de iis expoſitam id continere, ubi dies praeſtituta tranſiiſſet, poſſe ipſum ex omni (Arabum) terra pignora capere, hanc expeditionem non expeditionem eſſe dicebat, ſed juſtam debiti exactionem.* Hiſce prolatis & probatis adprobavit CAESAR AUGUSTUS τὸ ῥύσιον Herodis, ipſi reconciliatus, & Sullaeum, ducem exercitus Arabiae, capitis damna-

damnavit, & de *B. J. lib. I. cap. XIX.* §. 2. *pag.* 100. narrat, quod Herodes Arabiam cum exercitu ingreſſus eſt, ῥύσιον τῶν πολεμίων ἄγων.

In Benjaminitas Iſraëlitas Repreſſalias decreviſſe, conſtat ex *Judic. cap.* 19. *& ſeqq.*

§. III.

An autem apud Romanos Jus Repreſſaliarum fuerit cognitum, inter Eruditos diſputatur. Locum LIVII *lib.* 8. *cap.* 14. *In Veliternos veteres Cives Romanos, quod toties rebellaſſent, graviter ſaevitum; & muri dejecti & Senatus inde abductus, juſſique trans Tiberim habitare,* UT EJUS, QUI CIS TIBERIM DEPREHENSUS ESSET, USQUE AD MILLE PONDO CLARIGATIO ESSET; NEC PRIUSQUAM AERE PERSOLUTO, IS, QUI CEPISSET, EXTRA VINCULA CAPTUM HABERET: ad Repreſſalias referri debere putat litteratiſſimus DRAKENBURGIUS in *Not. ad hunc locum.* Conf. TURNEBUS *Adverſ. lib.* 21. *cap.* 1. & JOH. JAC. HOFMANNI *Lexic. Univerſ.* voc. *Clarigatio.* Nec non *Vir illuſtris* JAC. ARN. DE PERPONCHER in *Diſſ. ſaepius laudata cap.* 3. §. 1. Illa autem vox etiam occurrit apud QUINCTILIANUM *Inſt. Orat. lib.* 7. *cap.* 3. *pag.* 616. *edit. Burmann.* ad quem locum Viri Docti ſequentia notarunt: *Clarigare* eſt res raptas clara voce repetere, ut aperte colligitur ex PLINIO *lib.* 22. *cap.* 2. & SERVIO *ad Virg. IX. Aeneid.* 53. *Clarigatio* dicta a *clara voce*, qua utebatur Pater patratus, ut alii a *clero*, hoc eſt ſorte, nam bellica ſor- Apud Romanos.

te hoſtiles agros invadebant, unde Graecis κληρονόμοι dicti, qui jure bona defuncti ſortiuntur. Vid. etiam JOANNIS ROSINI *Antiq. Rom. lib.* 3. *cap.* 21. & *lib.* 10. *cap.* 2. Sane apud DIONYS. HALIC. *Ant. Rom. lib.* 7. *cap.* 12. & apud LIVIUM *lib.* 2. *cap.* 34. exemplum eſt Repreſſaliarum in Italia exercitarum, nimirum Romanarum navium & mercium, quas pro bonis Tarquiniorum Cumis Ariſtodemus Tarquiniorum heres retinuit. Hanc tamen ſententiam vellicat *Ampliſſ. Praeſes* VAN BYNKERSHOEK, qui in *Quaeſt. Jur. Publ. lib.* 1. *cap.* 24. ita ſcribit: *operam ludunt, qui rem apud Romanos incognitam Latino vocabulo conantur exprimere.* Ego vero in tanto Doctorum conflictu male judicando hanc litem meam facere nolo. Verum & haec ſine miniatis cerulis haud praetermittenda, quod uti ait *Vir Ampliſſimus* Repreſſaliarum in toto Jure Romano nec vola exſtet nec veſtigium; exinde tamen (pace tanti Viri hoc dixerim) non multum probatur; hoc enim perinde eſſet, acſi quis vellet concludere, quod & apud Noſtrates Repreſſaliae eſſent incognitae, ideo, quod in hac vel illa collectione Placitorum, quae de rebus civilibus ac quotidianis negotiis loquuntur, Repreſſaliarum non occurreret mentio (*b*).

Quod

(*b*) Ὡς ἐν παρόδῳ noto quod & a janua aberraverit Vir Ampliſſimus, ſi per verba; *dat geen brieven van marque of Repreſſalien zullen geaccordeerd worden, tenzy met kenniſſe van zaaken, en in gevallen, in de welke zulks is toegelaaten by de* KEYSERLYKE WETTEN EN CONSTITUTIEN, (quae occurrunt in §. 22. Pe-

Quod ſi Repreſſaliae fuerint apud Quirites cognitae, eas concedendi facultas primum apud Populum, dein apud Principes fuiſſe, veroſimile eſt; olim etenim ante Legem Regiam (*i*) (quae PAULO *Icto Lex Augusti* dicitur, in *Leg. apud eum D. de Manumiſſ.*) tota poteſtas apud Populum erat, qua & bellum contra hoſtes & pacem deprecantibus dabat. Sed ubi, mutato ſtatu, Populo Romano omne jus & poteſtatem per Legem Regiam Principi concedere placuit. §. 7. *Inſt. de Jur. Nat. Gent. & Civ. L.* 1. *D. de Conſt. Princip. L.* 2. *D. de Orig. Jur.* coepit jus illud belli indicendi & Repreſſalias concedendi (nam &

Pacis Monaſterienſis 30. *Januarii* 1648.) intellexerit *Leges Juſtinianeas*, quum certum ſit, in *illo* §. *Pacis Monaſterienſis* non intelligi *Leges Romanas*; ſed partes reſpicere ad *Conſtitutiones Imperiales Imperii Germanici*: nempe per Leges Imperii determinatum eſt, quibus in caſibus Princeps Imperii poſſit uti Repreſſaliis adverſus Principem alium, uti dudum obſervavit *Praeceptor meus* omni honore proſequendus *Celeb.* WEIS *in Collegio Grotiano.*

(*i*) Ab illa tamen Lege Regia longe diverſae ſunt LEGES REGIAE, prima Jurisprudentiae Romanae fundamenta, & a SEXTO PAPIRIO tempore TARQUINII SUPERBI in unum corpus collectae, quod exinde dictum fuit JUS PAPIRIANUM, in quod commentatus eſt GRANIUS FLACCUS, cujus de JURE PAPIRIANO librum allegat PAULUS *in L.* 144. *π. de V. S.* vid. etiam MACROB. II. *Saturn. XI.* harum tamen Legum non niſi pauca ſuperſunt fragmenta, ad quae multi Viri Docti commentarios ſcripſere, quos enumerat STRUVIUS *in Bibliotb. Jur. Select.* [*edit. anni* 1756.] Conf. HEINECC. *lib.* 1. *Hiſtor. Jur. Civ. Rom. cap.* 2. §. 16. & 17.

& illud ad jura Majeſtatica refertur) ſoli Imperatori competere, de qua Lege Regia inter alios Viros Doctos videri poteſt HEINECCIUS *in Antiquit. Rom. ſecundum ordinem Inſtit. lib.* 1. *tit.* 2. §. 62. *cum ſeqq. usque ad fin. tit.* qui etiam §. 67. ipſiſſima hujus Legis Regiae verba exhibet; verum, cum orbem jam totum Victor Romanus haberet, non admodum frequens fuit haec materia, dum ad Populum vel poſtea ad Imperatorem facile daretur regreſſus.

§. IV.

Apud Carthaginenſes & Lacedaemonios.

De Carthaginenſibus legimus apud LIVIUM *lib.* 34. quod impedierint, ne Ariſton Tyrius caperetur; quod timebant, ne idem ſibi Tyri aliisque in Emporiis, in quae Carthaginenſes frequenter commeabant, eveniret. Idem etiam in Meſſenos decreviſſe Lacedaemonios, ex hiſtoriis cuivis notum.

§. V.

Apud Venetos.

Venetos etiam hac aequitate uſos eſſe, captis Genuenſium navibus in Inſula Galata, memorat N. GREGORA *lib.* 9. *pag.* 291. ſic ſcribens: οὐδὲ τῶν ἁλισκομένων ἐκείνων νεῶν τοῦ πληρώματος ἐλυμήναντο παράπαν οὐδέν· ἦν γὰρ τὸ μὲν πλήρωμα σῖτος καὶ κριθή τῶν δὲ ὄψεων ταρίχη — ἀλλὰ διετήρησαν εἰς τὸ ἀκριβὲς ἀλώβητα, ἕως ἀπολαβόντες τὸ χρέος, ἀπέδοσαν ἅπαντα. *Sed neque de onere captarum a ſe navium corruperunt quicquam, onus erat frumentum & hordeum, ad haec ſalſamenta piſcium; ſed ea ſervarunt anxie, nihil im-*

imminuta, *donec*, *recepto debito*, *integra redderent*. Idem Repreſſalias conceſſerunt contra Magnificum Galeotum Malateſtam Dominum Armini, pro Eccleſia & contra ejus ſubditos ob denegatam juſtitiam in faciendo reſtitui quandam ſummam, depraedatam nonnullis civibus Venetis; tenorem hujus Repreſſaliarum conceſſionis exhibet PESCHWITZIUS *de Repreſſ. cap. ult.* De civitatibus enim omnino liberis, ut ſunt Venetiae, Genua, Lucca, cum nulli ſubſint, dubium non eſt, quin idem poſſint, quod Principes Supremi, idque etiam probari poteſt, *argumento Legis* 7. §. 1. *D. de Captiv. & Poſtlim. reverſ.* Quidquid etiam per *Urbem Romam* diſſentiant alii, non animadvertendo, quod de *Urbe Roma* in Jure noſtro dicitur, id de omnibus Civitatibus praedicari, quotiens tales ſunt ac Roma fuit. Secus eſt in Civitatibus municipalibus, quae ſuperiorem recognoſcunt, & poteſtatem legis condendae non habent, ſed loco privatorum ſunt: conferri merentur *L.* 15. & 16. *de V. S.*

§. VI.

Apud Anglos & Gallos repreſſalias etiam in viridi obſervantia eſſe, nemo, qui eorum recentiorem hiſtoriam vel a limine ſalutavit, ignorare poterit. De Scotis & Albanenſibus Auctor eſt CAMDENUS *in Scotia pag.* 707. effrenam eorum crudelitatem legem extorſiſſe, qua, licet ſi quis ex aliqua ipſorum Gente damna intulerit, quicumque ex illa Gente captus fuerit, ut damna reſarciat, aut capite luat;

Apud Anglos.

luat; ſed ut duri illi abuſus merito abrogati & damnati fuerunt, ita viciſſim juſtus & limitatus Repreſſaliarum modus & uſus retentus contra exteros, a quibus res noſtras jure conſequi non datur. Exemplum ex ZOUCHAEO *de Jur. & Jud. inter Gentes P. 2. S. 8. Qu. 12.* adfert *Amicus noſter* ALB. PLOOS VAN AMSTEL *in Specim. Acad. pag.* 118. Anglorum ſcilicet, qui litteras Repreſſaliarum conceſſerunt, ob naves tabaco (*k*) repletas, quas Hiſpani ceperant. Eodem jure, quum Elizabetha *Anno* 1569. magnam auri vim ex Hiſpania in Belgium miſſam ad ſtipendia copiarum Albani Ducis, aerario ſuo addixiſſet; hic Anglorum Mercatores, & naves omnes in Belgio repertas, detinere juſſit. Contra vero rurſus Angli omnes Hiſpanos & Batavos arripuerunt, & quatuordecim Luſitanorum, qui & tunc temporis in Hiſpanorum ditione erant, naves Indicis mercibus plenas ceperunt. Vid. STRADA *de Bello Belg. lib.* 7. *pag. mihi* 240. Plura alia exempla ex SYLVIO *Flor. Anglic. pag.* 149. & PUFFENDORF *Rer. Suecic. lib.* 5. *n.* 43. adfert *Mem.* PLOOS VAN AMSTEL *d. loc. pag.* 119.

§. VII.

Apud Gallos. In Gallia quoque CAROLUM VIII. Repreſſalia-

(*k*) Num vero herba Nicotiana, vulgo Tabacum Contrabandis annumerari debeat, argute diſputat *memoratus Auctor ibid. pag.* 95. *conf. Ampl.* VAN BYNKERSH. *Quaeſt. Jur. Publ. lib.* 1. *cap.* 10.

ſaliarum conceſſionem ad jura Majeſtatis revocaſſe, ſibique ſoli reſervaſſe, quum antea cum Praefectis Provinciarum, & Summae Curiae Regni id commune haberet, teſtes ſunt Auctores magno numero citati apud PESCHWITZ *pag. mihi* III. In Gallia etiam ſimpliciter Jure marquae conceſſo, non perſonæ ſed bona detinentur. Vid. DUAREN. *ad tit. C. ne Fil. pro patr. En France le Droit de Marque octroyé par Arreſt, n'emporte priſonnement des perſonnes, mais ſeullement ſaiſiſſement des biens.* conf. ANT. DADINUS ALTESERRA *de Ducibus & Comitibus Galliae Provincialibus lib.* 2. *cap.* 15. *pag.* 190. *cum ſeqq.*

§. VIII.

Idem obſervari voluit contra Regis Franciae ſubditos IMPERATOR FRIDERICUS I. in Reſcripto, Ludovico, Regi Francorum dato. Apud GOLDASTUM *tom.* I. *Conſtit. Imper. pag.* 282. Apud Germanos & Saxones.

Glorioſo & Magnifico

LUDOVICO, REGI FRANCORUM.

N. Chriſti Dei gratia, Imperialis Curiae Cancellarius, & Legatus Italiae, ſalutem & ſervitium ſuum.

Ratio ſuggerit, & Principum conſuetudo depoſcit, ut quemadmodum Regni veſtri negotiatores, per Romanum Imperium, pace & ſecuritate fruuntur; ita verſa vice noſtri nullatenus ſub veſtra Jurisdictione laedantur. Quia igitur Maſconenſis Vice-Comes quosdam noſtros mercatores injuſte expolia-

poliavit, *&* *unum ex eis in captivitate retinet impeditum*, *petimus*, *&*, *ex parte* Augusti Sereniſſimi *Veſtram Excellentiam commonemus*, *ut hominem & res detentas reddi faciatis: alioquin ſi damna ejusmodi per veſtros negotiatores non fuerint reſarcita*; *aut ſi novum telonium ad damnum reſarciendum ſuper Veſtros Mercatores*, *fuerit conſtitutum*, *Veſtra diſcretio non gravetur:* etiam Mercatoribus nonnullis poteſtatem Repreſſalias faciendi indulſit Fridericus [apud Petrum de Vineis, *lib.* 5. *epiſt.* 48.] *contra rebelles Anconitanos*, *qui eos disrobaverant*, ut verbis Auctoris utar. vid. Ant. Dadinus Alteserra *lib. cit. cap.* 15. *in fin.* Apud eos autem olim uſum Repreſſaliarum vel inter ipſius Imperii ſubditos frequentiſſimum fuiſſe teſtantur Auctores apud Peschwitzium *dict. tract. cap.* 9. *pag. mihi* 235. *& ſeq.*

Jus Saxonicum, quando animal alienum depaſcendo damnum dedit, pignorationem ejus *die Pfandung*, permittit, vi cujus animal apprehenſum legitime detinetur, donec damnum paſſo ſatisfiat, quam ex Jure Civili defendit Feltmannus *de Incluſ. Animal.* Romano contra Jure prohibitam fuiſſe cenſent Scotanus *ad* π. *Diſp.* 28. *theſ.* 2. *& alii.* Jure Saxonico autem Electorali pecus, quod pignoris loco, captum eſt, Domino Jurisdictionis tradi debet, &, pro mora, ſingulas noctes, quibus pignus redemtum non eſt, ſi pignoratio legitime facta fuerit, eidem tres ſolidi 16. *Pfenningen* ſive 4. groſſi ſolvendi ſunt; ac ipſum pignus, ubi quantitas ſolidorum in ſingulas noctes praeſtandorum ejus aeſtimationem

nem aequat, repeti nequit; legitime autem facta pignoratio etiam hoc efficit, ut praeſcriptionem ejus, qui jus paſcendi longa poſſeſſione acquirere intendit, interrumpat. vid. Ulr. Huber. *in Praelect. Jur. Rom. & Hodiern. ad tit. D. Si quadrup. paup. fec. dic. n.* 4. *in nota ſubjecta.*

§. I X.

Etiam eodem Jure Boruſſiae Rex ea, quae Anglis debebantur, a Ducatu Sileſiae, quorum ſolutionem in ſe ſuſceperat, ſolvere detrectavit, quamdiu ſuis ſubditis ablatae, naves non reſtituerentur, & damnum hac occaſione datum non reſarciretur. Et uti ex Novellis publicis accepimus, haud ita pridem Suecus *Comes* de Hordt, unus ex conjuratis, qui Anno 1756. totius Sueciae regimen peſſumdare voluiſſe perhibentur; & qui etiam 22. Decembris ejusdem anni Holmiae capitis damnatus fuit, ſe in fugam conjecit, & Germaniam petiit, atque caſtra Boruſſiaca ſecutus, in nuperrimo proelio captus eſt: Ordines Sueciae, poſtquam ejus rei certiores facti ſunt, a Ruſſis, qui eum ceperant, petierunt, ut commutaretur, quod & factum atque hinc *Comes* de Hordt Petroburgi carceri mancipatus eſt, ut deinde in Finlandiae finibus exercitui Sueco traderetur, quod ut comperit Boruſſiae Rex viciſſim quemdam Subpraefectum (Lieutenant-Generaal) nomine Soltikoff, ejus captivum, cuſtodiae tradi & Spandaviam transferri juſſit, atque ſimul Ruſſorum Imperatrici nunciari curavit: ſeſe Apud Boruſſos.

eodem

eodem modo illum Subpraefectum exercitus SOLTIKOFF tractaturum, quo *Comes* DE HORDT, jam conſiderandus tanquam miles Boruſſiacus, tractaretur.

CAPUT TERTIUM.

De Repreſſaliis nonnulla ad Belgium Foederatum & praecipue ad Hollandiam pertinentia.

§. I.

Repreſſaliae apud Belgas antiquitus cognitae.

Repreſſalias apud Belgas antiquitus fuiſſe cognitas ex multis Diplomatibus probatur. De Repreſſaliis in ſpecie ſeu quando pro debitis bona capiuntur, id probari poterit ex Charta anni 1203. vid. *Adp. Docum. pag.* 3. N°. 1. & clariſſime id patet ex *Charta* 4. *April.* 1290. *ibid.* pag. 6. N°. 8. Ubi FLORENTIUS *Comes Hollandiae Jus Repreſaliae Oppidanis in Dordrecht donat*, nec non *ex multis aliis documentis in calce adjiciendis.*

Etiam Ἀνδροληψία ſaepe Hollandos uſos fuiſſe, conſtat ex Chartis fere innumeris; ſic ex. gr. in *Charta modo allata* dicitur, OPPIGNORARI FACIANT EJUS DOMINI SUBDITOS, *qui Oppidanis noſtris vel eorum bonis manus injecerunt:* & clariſſime ex *Charta* 7. *Decembris anni* 1352. *Hertog* WILLEM *geefd enige perſoonen vryheid den Spanjaarden aan* LYF EN GOED *te beledigen.* & *anni* 1393. *de Hertog*

tog beveeld LYF EN GOED *der Poorteren van Tiel aan te taſten, omdat zy de Lyfrenten van eenen zynen Onderzaat niet betaalden.*

§. II.

Quoniam, uti diximus Repreſſaliarum conceſſio eſt penes Summum Imperantem; hinc quum Hollandia noſtra adhuc per Comites regeretur, Comites illud jus partibus laeſis conceſſere, vel ipſi illo contra injuriam inferentes uſi ſunt; non opus erit ad hoc probandum Chartas in medium proferre, quum vel ex qualibet Inſcriptione Chartarum poſtea allegandarum illud attendenti manifeſtum fiet; ſilentio tamen non praetereundum, quod hic, uti monuit *Ampl. Praeſes* VAN BYNKERSHOEK *in Quaeſt. Jur. Publ. lib.* I. *cap.* 24. in Belgio, quum ſingulae Urbes olim bella ſua geſſerint, etiam ſingulae Repreſſalias exercuerint. Exſtat antiqua Amſterdammenſium Lex *in de Handveſten van Amſterdam in edit. anni* 1663. *pag.* 283. qua continetur, ſi cui Civi Amſterdammenſi extra Principis ſui imperium damnum daretur, ſive manu, *ſive injuſto judicio*, querelam ſuam deferret ad Magiſtratum Amſterdammenſem, qui ea de re ſcriberet ad Magiſtratum loci, ubi damnum datum eſt, & ſi, accepto reſponſo, etiam tunc Magiſtratus Amſterdammenſis judicaret, injuriam Civi ſuo eſſe factam, ea ei Judicis Auctoritate reſarciretur ab ipſis illius Reipublicae ſubditis, eorumve bonis, qui quaeve in territorio Amſterdammenſi deprehenderentur. Ait Lex *ſive injuſto ju-*

Repreſſalias olim concedebant Comites.

judicio, ut ſic non ſufficiat jus dixiſſe, niſi recte dicatur, de quo Magiſtratus ipſe judicaret, nam aliorum judicio ea res ſubmitti non ſolet. Vides hic meras eſſe Repreſſalias, quas Lex Amſterdammenſis deſcribit; etiam id liquet ex *Scabinorum*, *Conſulum*, & *Civitatis Trajectenſis promiſſo de non nocendis Hollandis & Zelandis*, apud *Eruditiſſimum* FR. VAN MIERIS *Gr. Charterb.* 1. *deel pag.* 266. nec non ex *Litteris Comitis Hollandiae ad Civitatem Bremenſem de bonis reddendis, quae Oppidanis Dordracenſibus ademerant. ibid.* 2. *deel*, *pag.* 237. Atque ex aliis Diplomatibus; ſed haec ſunt veſtigia *antiquæ Hollandorum libertatis*, quando quaeque Ordinum membra magis ſui juris erant, quam nunc ipſi Ordines, ut obſervavit *Ampliſſ. Praeſes* VAN BYNKERSHOEK *loc. cit.* verum an Vir Ampliſſimus hic rem acu tetigerit, vehementer dubito; ſi enim jus Repreſſaliarum exercuerint Hollandiae civitates non propria ſed Comitis auctoritate, qui ad illud *Handveſten* dederat, videtur illud exercitium non fuiſſe ſignum *libertatis*, ſed ſubjectionis, qua Comitibus ſubjecti erant.

§. III.

Nunc Ordines. Poſtquam vero Comitum poteſtas ſaeculo XVI penitus fuit ſublata (*l*), & Reſpublica, opitulante Deo, fortitudine civium, avitam liber-

(*l*) Vide quae hanc in rem ex profeſſo diſputat *Ampl. Vir.* CORNELIUS VAN BYNKERSHOEK *Quaeſt. Jur. Publ. lib.* 2. *cap.* 1.

libertatem recuperavit, Repreſſalias concedunt ipſi Ordines, quod patet ex *Placito* 2. *Aprilis* 1599. *Verklaarende*, *dat de Spangiarts en haare goederen zyn van goeden pryze*: ubi initialia verba ſic ſeſe habent: *De* STATEN GENERAAL VAN DE VEREENIGDE NEDERLANDEN *allen den geenen*, *die deeze tegenwoordige zullen zien ofte horen leezen*, *ſalut*. Nec non ex formula Commiſſionum, quibus ORDINES GENERALES UNITARUM PROVINCIARUM BELGII, quibusvis praedandi Anglorum naves merceſque, quas voluerint, ſubditis dederunt, quam ad calcem adjiciam: etiam ex Publicatione Repreſſaliarum contra Anglos a Praepotentibus Foederati Belgii Ordinibus anno 1652. facta, quam integram exhibet PESCHWITZIUS *pag.* 266. & *ſeqq.* (*m*). nec non, praeter exempla in *Adpendice Documentorum* occurrentia, ex iis, quae habentur in *de Commiſſie van Retorſie voor Hogenbergh en voor de Roy tegen de Onderdaanen van den*

(*m*) Recentiora nonnulla Repreſſaliarum exempla, cui volupe fuerit, videre poterit apud ALB. PLOOS VAN AMSTEL *paſſim* & praecipue *pag.* 94. 95. nec non apud MAUREGNAULT *Juridique Obſervatien paſſim* & praeſertim *pag.* 127. & *ſeqq.* Ubi ſimul nobilis illa quaeſtio tractatur; an clarigationes ſeu denunciationes ſolennes ad belli juſtitiam ſint neceſſariae, de qua praeter GROTIUM *de Jur. Bell. ac Pacis lib.* 2. *cap.* 1. vid. *Ampl.* VAN BYNKERSHOEK *Quaeſt. Jur. Publ. lib.* 1. *cap.* 1. quam nunc excutere hujus loci non eſt.

De Repreſſaliis earumque Jure elegans exſtat reſponſum, quod reperitur in *Conſultationibus JCtorum Batav. part.* 1. *conſ.* 275. *pag. mihi* 444.

belli cauſam præbere *exteris Principibus*, (quod velim notes) nunc autem belli cauſam minime praebet, qui, nolentibus caeteris, injuriam, civibus ſuis illatam, ipſe vindicat, vel jus ſuum adverſus alterum defendit, vel recuperare conſtituit, id quod nullo jure ſibi ademtum eſt. Singulis Provinciis id jus eſſe ademtum quaere, quantum potes, ſed non invenies: audiamus re & nomine magnum HUGONEM GROTIUM *in Apologet. cap.* 10. *pag. mihi* 105. [*Edit. Belg.*] ubi ait, *wat het recht aengaet, nadien elck Provincie (gelyk hier voren beweſen is cap.* 1. *& 2.) heeft van oudts gehadt haere ſouverainiteit, waer onder mede begrepen is het recht van wapenen te ghebruycken, ende by de Unie het ſelve recht de Provincien niet en is benomen, ſoo moet notelyk volgen, dat de Provincien als noch daar toe zyn gherechtight; de Unie verbiedt wel, oorlogh aan te nemen ſonder ghemeen conſent; maar een andere ſake is het oorloge aan te nemen, een andere hem ſelven jeghens populaire commotien te beſchermen: want hoewel de gheunieerden ſchuldig zyn, malcanderen te defenderen, ſoo en is niemandt daer door verhindert, daer en boven op hem ſelven ordre te ſtellen tot ſyne verſekertheyt: gelyck men by alle geconfedereerden ſiet geſchieden, ſoo menighmael de gheleghentheit zulcx vereyſcht.*

Het Articul van de Inſtructie van den Raad van Staten (apud GROTIUM *pag.* 111. *loc. cit.*) ſic ſeſe habet: *ende verſtaan de Staten Generaal voornoemt, dat tot conſervatie van het recht van de vereenigde Nederlanden in 't Generaal, en particulier zy luyden van hem met deeze Inſtructie ofte inſtelling van Regieringe ofte Raadt van State niet*

en abdiceren het recht ende de macht, om by den Staten generaal, de Staten van de Provincien in 't particulier, elcks, zoo veel hun aengaat, by tyde van noodt ofte als de ſaken van den lande zulcks ſullen vereiſſchen, zelf ordre tot dienſt van de landen in de ſaken, by hen luyden tot diſpoſitie van den voorſz. Raadt gheſtelt, te moghen ſtellen ende executeren by directie van de ſaken van OORLOGHE TE WATER ENDE TE LANDE, MET ALLE 'T GEEN DAAR AAN CLEEFT. Confer hic *Ampl. Præſes* VAN BYNKERSHOEK *Quaeſt. Jur. Publ. lib.* 1. *cap.* 23 & 24. *libr.* II. *cap.* 19.

§. V.

Quid ſtatuendum circa nuperam quaeſtionem inter Hollandos & Groninganos?

Inter maxime memoranda videtur Repreſſaliarum facultas, quae nuperrime ex Decreto Praepotentium Ordinum Hollandiae & Weſtfriſiae 9. Maji anni CIↃ IↃ CCLIX., data fuit in bona ſubditorum Ordinum Groningae ob longius procraſtinatam & neglectam ſolutionem Penſionum quarundam vitalitiarum, vulgo *Lyfrenten*, quas Hollandis debebant. En facti ſpeciem; quum anno 1665 & 1666. Belgium Foederatum bello contra Anglos & Epiſcopum Monaſterienſem eſſet implicitum, quumque exercitus Monaſterienſis Groningae Provinciam (de Provincie van Stad en Lande) invaſerat; Ordines hujus Provinciae inter alia remedia decreverunt mutuam ſumere pecuniam ſub lege annuorum redituum ad mortem usque, quos promiſere, ſe Amſtelodami de ſemeſtri ad ſemeſtrem ſoluturos, pro iis oppignorantes omnes agros, reditus, omniaque bona ſuae Pro-

Provinciae, quae cuncta ſubjecerunt jurisdictioni Curiae in ditione Groningana (quam vulgo *Lieutenant- en Hoofdmannenkamer* vocant) nec non omnibus aliis Judicibus atque executioni reali, quam JCti *Repreſſalias*, *dadelyke Pandneming*, nuncupare ſolent, uti ex ipſo Obligationis inſtrumento hic adjecto (*n*) lique-

(*n*) *De Gedeputeerde Staaten van de Stadt Groningen en de Ommelanden doen condt ende betuigen door kracht van deſen Openen Verſegelden Brieve in conformité de Reſolutien van d'Extraordinaris Heeren Gecommitteerden van beide Leeden deſer Provincie in dato* 30. *Martii deſes Jaars Seſtienhondert ſes en ſeſtig, door handen van onſen Ontfanger Generaal* Cornelis van Royen *ten profyte ende laſte van deſe Provincie, tot noodwendig amplooy in deſe beſwaarlyke tyden, in de welke contante penningen werden vereiſt, ontfangen te hebben een ſomme geldes, ende tot dien einde wettelyk verkoft ende geconſtitueert, verkopen en te conſtitueren mits deſen aan N. N. . . . . een Rente van hondert Caroli Guldens, tot twintig ſtuyvers het ſtuk, ten Lyve van N. N. . . . . gebooren van N. . . . . out zynde omtrent . . . Jaaren, welke Rente wy voor ons ende onſe nakomelingen beloven aan den Koper voorſz. of des laſt hebbende, de eene helfte op den eerſten November toekomende, en de andere helfte op den eerſten May* 1667. *daar aan volgende, ende zoo voorts van half jaar tot half jaar binnen Amſterdam, koſt en ſchadeloos te betalen, zoo lange de voornoemde N. N. . . . . in levende lyve weſen ſal, ende langer niet: ordonneeren daaromme onſen Ontfanger in der tydt ofte die daar toe binnen Amſterdam verordent is, om dit voorſz. Lyfpenſioen voornoemt, aan houder van deſen, tegens overneeminge van behoorlyke Atteſtatie de Vitâ van twee geloofwaardige perſoonen, 't elken verſchyndage (acht ofte tien dagen voor ofte nae onbehaalt) uyt ſynen ontfank, eerſt*

quere poterit; hoſce reditus vitalitios uſque ad annum 1685. perſolverunt, quum ſolutionem ad tempus ſuſpendere conſultius duxere. Tunc Hollandiae & Weſtfriſiae incolae uſuris deſtituti, ad quas proſequendas ſortem ſubminiſtraverant, conqueſti ſunt apud Groningae

eerſt ende vooral te betalen, of te doen betaalen binnen Amſterdam voornoemt, verhypothiſerende ende verbindende daar voor alle onſe Provincie Landen, Goederen ende Inkomſten, *wat namen die ſelfs ook mogen hebben, het ſy deſelven ſtaan onder het bewind van den Ontfanger voornoemt, ofte iemant anders, manéance van Provincie-penningen hebbende, ſoo wel binnen als buiten lands gelegen, de ſelve allen der Heeren Lieutenant- ende Hooftmannen Camer*, ende alle andere Gerechten, de reale executie, onder renunciatie allen exceptien rechtens, ſoo deſen eenigſints contrarie ſouden konnen erdacht ofte gemoveert worden, *ſubmitterende, omme, in cas van misbetalinge, daar uit deſelve te mogen eyſchen ende vorderen: alles ſonder argliſt. In oirconde der waarheid hebben wy Gedeputeerde Staaten opgemelt, beneffens d'Heere Preſidents paraphure ende des Secretarii ſubſcriptie, het Provincie-Zegel beneden aan deſen doen hangen, ende in de Rekenkamer laten regiſtreren. Gegeven binnen Groningen den twintigſten May ſeſtienhondert ſes en ſeſtig*,

(Onderſtont)

A. CHRISTOPHORI, ut

(Lagerſtont)

Ter Ordonnantie der Heeren voorſz.

J. MEYNARDI, Secret.

Plura alia ejusmodi documenta peti poſſent ex *Adp. Docum. pag.* 13. *N*. 29. & 31; *pag.* 21. *N°.* 41; *pag.* 22. *N°.* 42, 43. & 44; *pag.* 24. *N°.* 49.

gae Ordines; quum tamen nihil ab iis conſequerentur, apud Praepotentes Hollandiae & Weſtfriſiae Ordines, qui, cum Groningani, licet ſaepius ab Hollandiae & Weſtfriſiae Ordinibus amice commoniti, uti manifeſtum fiet ex litteris Ordinum Hollandiae Octobris Anni 1738, & 11. Novembris anni 1739. (o), juſtis querelis ſuorum creditorum non ſatisfacerent, tandem decreverunt iis, quorum res vertebatur, permittere *de hand te mogen leggen op alle effecten en goederen geene uytgezondert, welke men binnen die Provincie zal kunnen bekomen en magtig worden* —— *om daar aan door den gewoone weg van Juſtitie in deze Provincie gebruykelyk* —— *te verhaalen het deugdelyk agterweezen van de voorgemelde geintereſſeerdens* (vid. *Nederl. Jaarboeken voor de Maand November* 1759. *pag.* 1083.). Quae permiſſio etiam effectum ſortita eſt. Hoc facto, Groningae Ordines viciſſim ſuis ſubditis adverſus Hollandos Litteras Marquae conceſſerunt, atque Groninganos ſuos monuerunt, ne, niſi ſuo periculo, merces atque ceſpites bituminoſos ad Hollandiam perferrent; tunc Hollandiae Ordines a ſua parte Placitum promulgarunt 2. Novembris 1759. ad juſtificandas Litteras Marquae, quas adverſus Groninganos dederant. (vid. *Jaarboeken pag.* 1034.) Etiam Groningani, 8. Octobris 1759. ediderant, *Verbod om geduurende de deliberatien der Staten geen ſchulden aan Hollanders te voldoen*, nec non duo Placita, quorum primum

(o) Vid. *Nederl. Jaarboeken voor de Maand November* 1759. *pag.* 1027. *& ſeqq.*

mum 13. *Octobris* 1759. continebat, *dat de Hollandſche effecten en crediten in beſlag wierden genoomen*; alterum Placitum; *dat niemand Koopmanſchappen naar Holland mag zenden dan op eygen gevaar*, nec non Publicationem *Laſt om de Hollandſche ſchepen en goederen in beſlag te neemen, en naauwkeurige aantekeningen te maken, van 't geen in Holland betaald moet worden.* Vides hic a Praepotentibus Hollandiae Ordinibus, qui tanquam Patres liberis ſuis proſpicere voluerunt, ut ne unquam iis bona deficerent (*p*), Repreſſalias contra Groninganos decerni. Ordines Hollandiae pro ſua cauſa allegarunt, DE WEYNIGE ERNST *van hun Edelmogende, omme de Geintereſſeerdens in de agterſtallige Lyfrenten enig redelyk genoegen te geeven*; DE ONWILLIGHEID *om 'er iets van te betaalen, en* DE WEYGERING VAN JUSTITIE *aan hunne ingezeetenen*; LANG DILAY *en regtmaatige klagten en verſoeken van de Crediteuren.* Groningae Ordines contra repoſuerunt: *dat de koſtbaare Oorlog van het jaar* 1672. *de enorme ſchaden en laſten door een langduurige belegering van de ſtad Groningen*; *de ſterfte onder het Rundvee van* 1682; *de inundatien in den Jaare* 1686, *en andere extraordinaire rampen oorſaak hebben gegeven tot veragtering in de betaaling*; *de affreuſe gevolge, welke*

(*p*) — Ἀλλὰ πολλάκις μὲν δὴ, ὦ ἄνδρες, καὶ ἄλλοτε κατενόησα ὅτι ἄρχων ἀγαθὸς οὐδὲν διαφέρει πατρὸς ἀγαθοῦ· οἵ τε γὰρ πατέρες προνοοῦσι τῶν παίδων ὅπως μήποτε αὐτοὺς τἀγαθὰ ἐπιλείψει, — XENOPH. *Kuropaid. libr.* VIII, *in init. pag.* 200.

ke deeze gemelde middelen van nadruk, maar in waarheid beginſelen en entrées van Oorlog, uyt haar ygen aard moeten met zig ſleepen.

Aſt, ſi quid video, calamitates, quas ſoli ferunt, quibus accidunt, creditorum jus minime tollunt, quis enim adeo male eſt conſultus, ut credat, totam claſſem contributuram, ſi vel una navis, ut ſe ipſam ſervaret, jactum fecerit. v. omnino *ampl.* VAN BYNKERSH. *in Quaeſt. Jur. Publ. lib.* I. *cap.* 25. *quaeſt.* 4. *pag.* 182. & 183. Neque alio modo ad hoc argumentum reſponderunt Praepotentes Hollandiae Ordines in elegantiſſimo reſponſo *op de Juſtificatie der Staten van Stad en Lande wegens de agterſtallige Lyfrenten* (quod reperitur *in de Jaarboeken van den Jaare* 1760. *pag.* 9. & *ſeqq.*) ubi habetur, — *en dat hun Edele Groot Mogende mentie makende van het onvermogen van de Provincie van Stad en Lande, niet alleen het oog hebben op de betaaling van deeze Rente, welke wel gemelde Heeren Staten, ondertuſſchen aan hun eigen ingezetenen hebben kunnen doen; en die ook aan eenige anderen, welken daar meede wel hebben willen favoriſeren, gedaan zyn, waar aan al meede de verificatien aan hunne Hoog Mogende zyn geproduceert, zonder dat zulk een poſitief anders dan met een flaauw negatief aan de zyden van meergemelden Heeren Staten heeft kunnen worden gereſcontreert, maar dat, daarenboven hunne Edele Groot Mog. niet bewuſt zyn, dat welgemelde Heeren Staten ooit dan nu met een zoodanig onvermogen van der Provincie Finantie zyn voor den dag gekoomen; zig op de oudheid der ſchulden ook nimmer hebben*

beroepen, om de deugdelykheid van dezelve te decelineren; mitsgaders ook nooit dan jegenswoordig dezelve ſchulden zoo laag hebben geſtelt, dat met enige ernſt hebben vermeint de voldoening daar van met de betalinge van vyftien per cento te kunnen geven. Conf. hic omnino elegans illud *Specimen Academicum* ALBERTI PLOOS VAN AMSTEL *ſaepius laudatum cap.* 4. §. 3. *pag.* 69. & 70. Ubi aureum illud, quod HENRICUS IV. in ore habuiſſe fertur, *malle ſe Coronam perdere, quam vel minimam ſuſpicionem incurrere violatae fidei:* quod attinet poſterius argumentum: exemplo grave eſſe, ſi ſingulae Provinciae Repreſſalias concedere queant, cum metus ſit, ne per Repreſſalias ſic tandem ad bellum perveniatur, atque ne ſic una Provincia alteram adoriatur, invadat, a caeteris divellat, & ſic Foederi reddat inutilem; ſit hoc, ſed qui ita obmurmurat, de conſequentiis ſollicitus eſt, ego de jure: ſin apud eum plus valeant conſequentiae, cogitet velim, quam durum ſit unam Provinciam ab altera jus ſuum adſequi non poſſe; inde etiam conſequentiae aeque graves & forſitan graviores, quam in priori caſu, ubi locum habet illud, *damnum quod quis ſua culpa ſentit, non ſentire videtur*, oriri poſſent, ſed quidquid ſit, de jure quaerimus.

1°. Num Hollandiae Ordines contra Foedus Ultrajectinum & contra Unionem Foederati Belgii Repreſſalias conceſſerint.

2°. Num pro Univerſitatis debito civium bona ſint obligata.

3°. Num Ordines Groningae coram Amſter-

ſterdammenſibus Judicibus vocari potuerint.)

Quoad primam quaeſtionem, colligi poterit ex iis, quae ſupra *hoc Capite* diſputavimus, non liquere, cur id Hollandiae Ordinibus permiſſum haud eſſet; nam quod Groningae Ordines adferunt, *ſchoon het regt van Repreſailles onder vreemde Mogentheden, ingevalle van openbaare weygering van Juſtitie, gepermitteerd zy, zo heeft het egter geen plaats onder de Bondgenoten, die, hoe zeer ook ieder op zig zelven aangemerkt de Souverainiteyt te bezitten, evenwel in zoo verre by de Unie daar aan hebben gerenuntieert, dat de verſchillen en onenigheden niet door geweld, gelyk de Repreſailles zyn, maar door vriendelyke wegen uyt den weg moeten worden geruymt, ingevolgen het* 1. 16. *&* 17. *Art. van de Unie, quum etiam nihil (volgens het zeggen van* CICERO (*q*).) *Civitati ſit exitioſius, nihil minus civile & humanum, quam compoſita & conſtituta Republica quicquam agi per vim.*) Ad id reſponderi poteſt, quod certe primum omnia tentarunt (*r*) Or-

(*q*) Sed audiamus eumdem CICERONEM *lib.* 3. *de Off.* ubi inquit, *detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo ſuum augere commodum magis eſt contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam caetera, quae poſſunt aut corpori accedere aut rebus externis.* Et *de Off. lib.* 2. prope finem ſuadet, *providendum eſſe, ne ſit aes alienum, quod Reipublicæ noceat: quod multis rationibus caveri poteſt: nec enim ulla res vehementius Rempublicam continet, quam fides, quae eſſe nulla poteſt, niſi ſit neceſſaria ſolutio rerum creditarum.*

(*r*) Recte enim MENELAUS apud LIBANIUM *Declam.* 1. *pag.* 196. [*Edit. Pariſ.*] ait πρῶτον μὲν τὰ δίκαια

Ordines Hollandiae ad ſuum civibus ſuis procurandum, uti apparere poteſt ex iis, quae habentur *in de Nederlandſche Jaarboeken loc. cit. pag.* 1032. *ſcilicet anni* 1759. & *pag.* 9. *in pr. anni* 1760. Neque, ut mihi ſaltem videtur, in Foedus Ultrajectinum hocce factum incurrit, quum enim etiam poſt foedus Ultrajectinum penes ſingulas Provincias Jus belli ſit: nam §. 9. foederis inſertus eſt pro jure ſingularum Provinciarum conſervando non pro tollendo vel minuendo; adeoque ceteri Ordines in cauſa communi, alios non recte ad bellum cogunt, ne ſcilicet inviti oneribus belli implicentur. In cauſa, inquam, communi, nominatim enim cautum eſt, bellum, *die Generaliteit van dezen verbande aangaande*, ſuſcipi non poſſe, niſi conſenſu communi, ſed id non prohibet, quo minus ſingulae Provinciae, ſuis ſumptibus, pro ſe recte bellum gerant, ut late diſputat Vir de Themide Romanorum & Batavorum praeclare meritus CORNELIUS VAN BYNKERSHOEK *Quaeſt. Jur. Publ. lib.* 1. *cap.* 23. (*s*). Non video, cur non etiam jus Repreſſaliarum penes ſingulas eſſet, praeſertim ſi conſideremus, quod Repreſſaliae bellum proprie non ſint, verum potius remedium,

δίκαια τῷ λόγῳ πεῖραν λαμβάνειν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ὅπλοις ἐπιπηδᾶν ἀνθρωπινώτερον δήπουθεν. prius verborum experimenta facere, quam ſtatim ad arma proſilire humanius.

(*s*) A quo tamen diſſentit MAUREGNAULT *Juridique Obſervatien* 1. *hoofdſt. n.* 15. *pag.* 77 & 297. Sed ut videtur parum firmo talo nituntur ejus argumenta.

De Graef van Holland en van Zeeland heeft op het Vertoog, en repraeſentatie van den Raed op den 22. September 1440. bevel geſonden, om de Uytleg-

leggers, die alderhande Schepen naemen van alderhande Natien, toebehoorende aen Coopluyden, die geen vyanden van de landen van Holland, Zeeland en Vriesland en waren, en oock mede toebehoorden aen de onderſaeten der voorſchreven landen, met gewapende ſchepen te vervolgen, en het volck daer van gevangen in den Hage te brengen in s'Graven vangeniſſe aldaer, ende de genomene goederen onder haar te houden, om te reſtitueeren, en weder te leveren den geenen, die daer toe gerechtig ſyn.

MAUREGNAULT *lib. cit. pag.* 228. *cum* N°. 49. Conf. *Vaderl. Hiſt. III. deel*, *XII. boek*, §. XXXI. *pag.* 539. *cum ſeqq.*

N°. 76.

Den 26. *October* 1440.

Op den 26. October 1440. heeft de Graef van Holland en Zeeland, in conformité van een Sententie van den Raed, bevel geſonden aen den Schout der Stede van Aemſtelredamme, om het Schip van Matth. Claesz. ſynde een Coopman van Ansloo uyt Noorwegen, tot Amſterdam opgebragt door Clement Claesz. poorter aldaer, ſonder ſchaede te ontſlaen. item bevel geſonden aen de Regenten van Amſterdam, om den Schout daer in behulpſaam te ſyn.

MAUREGNAULT *lib. cit. pag.* 250. *cum* N°. 60. Conf. *Vaderl. Hiſt. III. deel*, *XII. boek*, *pag.* 543. *in verbis. Doch na dat Hertog Filips &c.*

N°. 77.

Den 19. November 1441.

Op den 19. November van het jaar 1441. heeft den Raed by Sententie vrygegeven een Schip geladen geweeſt ſynde tot Rochelle, gedeſtineert na Gent, en genomen door die van Enkhuyſen.

Mauregnault *pag.* 262. N°. 63. Conf. *Vaderl. Hiſt. III. deel, pag.* 541.

N°. 78.

Den 17. Maart 1566.

Placcaat, waarby de Koninglyke Majeſteyt wilt en ordonneert, dat alle Perſoonen, Poorters, Burgers, Coopluyden, en Ingezetenen van s'Hertogenboſch, tot welke plaatzen dezelve binnen den landen van herwaarts over bevonden zullen worden, mitsgaders hunne goederen, roerende en onroerende, actien en ſchulden, terſtond onder zyne Majeſteyts hand geſteld, gehouden en gearreſteerd zullen worden, en daar en boven geſchorſt alle heurluyder gratien, octroyen, uytſtellen en atterminatien van hunne ſchulden, ter tydt toe, dat de Commiſſariſſen van zyne Majeſteyt uyt der voornoemde ſtad volcomelyc ontſlagen zullen zyn, ende daar inne anderſints geordonneerd zal worden.

Vid. Repertorium van de Placaten enz. pag. 130.

N°. 79.

Den 19. *Mey* 1571.

Den Penſionaris Cornet gerapporteert hebbende wat proviſie hy van wegen de Staten verkregen hadde, tegens 't arreſt gedaan binnen de Stadt Nuys, op den perſoon van Jan Siewertz poorter van Dordrecht, ten verſoecken van Andries Spoor en Pieter Ebelſz, te weeten, dat den Hartoge van Alve hadde doen ſchryven een miſſive aan den Chur-furſt van Keulen, ten eynde hy het voorſz. arreſt zoude afdoen &c. zoo de voorſz. miſſiven breder inhouden, blyckende by de copien van dien, den Staten verthoont en voorgeleſen: is geresolveerd, om alle verdere koſten te ſchouwen, dat die van Dordrecht ſchryven ſullen aan die van Nuys, verſoeckende, dat ſy Andries Spoor, en Pieter Ebelſz willen induceren, dat ſy den gearreſteerden ontſlaan uyt den arreſten, beloovende en daarvooren ſtellende, dat men hun lieden of hare gemachtigde tot haren believte zal doen betaalen by proviſie, en behoudens een yegelyck ſyn recht, hare renten, ſonder afkorting van den Honderſten Penningh; ſullen oock doen ſchryven aen den gearreſteerden, dat hy betale ſyne koſten, die men hem ſal reſtitueren, en daer inne doen naer behooren; omme alle het welke te effectueren, ſullen uytſenden een Stadts Boode tot koſten van 't Gemeene Landt, die oock preſenteren ſal de Miſſive van den Hertogh aan den Chur-Furſt van Keulen.

Reſolut. van Holland, *pag.* 40.

N°. 80.

Den 12. *Juny* 1571.

Die van Dordrecht hebben gerapporteert, dat ſy, volgende de Reſolutie van den laatſten Daghvaert geſchreven hadden aen den Magiſtraet der Stadt Nuys, verſoekende, dat ſy ſouden willen induceeren Andries Spoor en Pieter Ebeiſz, poorters aldaer, t'ontſlaen uyt den arreſte Jan Siewertſz, belovende, ende daer voor ſtaende, dat hun luyden betaelt ſoude werden 't achterſtal van haere renten ſonder afkortinge des honderſten penninghs, by proviſie en behoudens een yegelyck ſyn recht; maar, dat het ſelve voorgehouden ſynde de Renteniers by de Wet van Nuys, dat ſy daer toe niet en hadden willen verſtaen, overmits de Clauſule by de welke een yegelyck gereſerveert werdt ſyn recht: dan wilden naecktelyck perſiſteren by haere brieven, en het arreſt houden ſtaende, ter tydt toe hun luyden 't geheele achterſtal met koſten en intereſſen, naer uytwyſen der voorwaerden van haere brieven voorſz. hun luyden ten vollen betaelt ſouden zyn, proteſterende van alle ſchaden enz. ſoo die van Nuys haere antwoorde en proteſtatien overgeſonden hebben: welke antwoorde en proteſtatien by de Staten verſtaan zynde, ook meede geviſiteert zynde de Copien van de Rente-brieven, naer lange deliberatie, hoewel klaar en notoir is, dat de Staten geen oorſaecke en zyn van dit arreſt, als de inhoudinge van den honderſten penningh niet geordonneert hebbende, nogtans om alle koſten en moeyte te ſchouwen, die ſeer groot in 't vervolgen en ſolliciteren moeten vallen, is gereſolveert en den Ontfanger belaſt by alle bequame middelen de voorſz. Renteniers te betalen, en te geven contentement,

en

en ten eerſten hem bequamelyck mogelyck zynde, de voorſz. renten te loſſen, mits dat men ſien ſal, of men namaels alle de onkoſten ter ſaecke van dit arreſt gevallen, ſal mogen brengen tot laſten van ſyne Majeſteyt, die oorſaeck is van het voorſz. arreſt, als geboden hebbende den inhoude van den voorſz. honderſten penningh: ende des den Boode, die geweeſt is te Nuys, te Keulen en Keyſerswaert, om te preſenteeren de Miſſiven van den Hertoge van Alve aan de Chur-Furſt van Keulen, deſe ſaecke aengaende, gepaſſeert ordonnantie van ſeſthien daghgelden tot twaelf ſtuyvers daeghs.

Reſolut. van Holl. pag. 51.

N°. 81.

Den 11. *September* 1571.

Is gereſolveert, dat Jan Sybertsz. van Dordrecht die te Nuys gearreſteert heeft gelegen hondert en vyf dagen, als in voorleden dagvaert breder verklaert is, betaelt ſullen werden voor ſyne koſten en verſchoote penningen, naer uytwyſen der declaratien, acten, en quitantien, by hem overgelevert, bedragende al 't ſamen ter ſomme van twee hondert acht en twintich ponden vyf ſchellingen, ſes deniers, en voor ſyn ſchade, intereſt, en verlet, in plaetſe van hondert vyftigh guldens, die hy cyſſchende was, is hem by de Staten toegeleyt twee en zeventigh ponden van veertigh grooten; en is den Penſionaris van Dordrecht belaſt hem van alles te paſſeren Ordonnantie.

Reſol, van Holland, pag. 71.

N°. 82.

Den 2. April 1599.

Placcaet, verklarende dat de Spangiarts ende hare goederen, zyn van goeden pryſe &c.

Vid. *Gr. Placc. boek, vol. 2. fol.* 34. & PESCHWITZ *pag.* 237. conſ. *Vaderl. Hiſt. IX. deel*, 32. *boek, pag.* 57.

N°. 83.

Formula Commiſſionum, quibus poteſtas, quibusvis praedandi Anglorum naves merceſque, quas voluerint, ſubditis datur.

PESCHWITZ *dict. tract. pag.* 256. & *ſeqq.*

N°. 84.

Repreſſaliae a Republica Veneta contra Dominum Galeoti Malateſtis & ejus ſubditos conceſſae.

PESCHWITZ *pag.* 260. *ad* 266.

N°. 85.

9. *Aprilis* 1609.

Induciarum Belgicarum tractatus 9. Aprilis 1609. art. XI. renovatus in ipſo Monaſterienſi inter Belgii Foederatos & Hiſpaniae Regem tractatu Anni 1648. cavet, dat geene brieve van Marque ende Repreſſalien geaccordeerd zullen worden, ten zy met kenniſſe van zaaken.

Vid. *Tractaat van het Beſtandt ofte Trevis voor twaalf jaaren enz. Gr. Placc. boek, vol. I. fol.* 55. *en* 71. *verg. met Tractaat van Vrede &c. van* 30. *January* 1648. *ibid. fol.* 79. *en* V. LEEUWE *Cenſ. For. part.* 2. *lib. I. c. II. n.* 28.

N°. 86.

N°. 86.

Den 3. July 1619.

Eerſte Proviſioneele ordre by zyne Excellentie en het Hof geraemt noopende eenige onenigheeden tuſſchen de ſteden van Dordrecht en Rotterdam over het ſtapelrecht van de Weſterſche wynen.

Quae Charta, nec non ipſa controverſia late excuſſa videri poteſt apud *Ampliſſimum Praeſidem* DE MAUREGNAULT *pag.* 483. *& ſeqq.* Conf. *Gr. Placc. boek*, *vol.* 2. *fol.* 2281.

N°. 87.

Den 14. *en* 20. *December* 1625.

Offenſive en Defenſive alliantie of tractaat van Zouthampton.

Art. XXXIX.

Alle brieven van Repreſalien, Marques, Arreſts en andere dierghelycken, die te vooren geoctroyeert en verleent zyn tegen de onderzaten van d'een of d'ander der Geconfoedereerden, om wat oorſaeck het oock is, zullen van weder-zyden geen plaats hebben, maar zyn voortaan en zullen voortaan blyven nul ende van geender waarden, ende zullen voor 't aanſtaande niet weder geoctroyeert ende verleent worden, maar men zal gerechtigheyt bedienen ende verleenen, gelyk naer recht zal behooren.

Tractatum ipſum & Galllico & Belgico idiomate exhibet AITZEMA *Zaken van Staat en Oorlogh*, *I. Deel*, *pag. m.* 469. *cum ſeqq.*

N°. 88.

N°. 88.

Anno 1625.

Proteſt van den Koning van Enghelandt over het intrecken van de brieven van Repreſalie tegens d'Ooſt-Indiſche Compagnie voor deezen verleent.

Vid. AITZEMA *loc. cit. pag.* 476 & 477.

N°. 89.

Anno 1640.

Zyn brieven van Repreſalien verleent tegen de Stad Brunswyck.

Vid. AITZEMA *loc. cit. II. Deel, pag.* 722.

N°. 90.

Anno 1642.

Hamburg met Repreſalien van Schotlant gequelt.

Vid. AITZEMA *II. Deel, pag.* 866.

N°. 91.

Anno 1649.

Waren die van Zeelandt zoo gebeeten en geanimeert, dat zy alleen (als van wegen eene ſouveraine Provintie) by zoo verre de Generaliteydt difficulteit maakte, dreygden te geeven brieven van Repreſalien tegen alle Portugyſche perſonen, ſchepen en goederen, zoo wel op de kuſten van Portugael als Braſyl en elders, &c.

Vid. AITZEMA *III. Deel, pag.* 338.

N°. 92

N°. 92.

Anno 1651.

Angli contra Belgas Repreſſalias conceſſerunt.

Vid. Aitzema *tom. III*, *pag.* 668.

N°. 93.

2. *Auguſti* Anno 1652.

PUBLICATIO

Repreſſaliarum contra Anglos a Praepotentibus Foederati Belgii Ordinibus facta.

Gr. Placc. boek, *vol.* 2. *fol.* 19. & Peschwitz *de Repreſſ. pag.* 266. *ad* 308. Conf. *Vaderl. Hiſt. XII. deel*, 46. *boek*, §. XXII. *p.* 215. *cum ſeqq.*

N°. 94.

Den 15. *April* 1654.

Articulen van Vreede tuſſchen Cromwel en de Staten Generaal Art. 24. Indien eenig ongelyk of injurie waare gedaan by d'een Republycque aan d'ander, off by het volk of de ingezetenen van dien, nogtans geen brieven van Repreſſalie, Marque off Contramarque, by een van beyde de Republycque zullen worden verleent, voor dat 'er eerſt zal zyn verſogt Juſtitie volgens den ordinaris Cours van Regten: en indien de Juſtitie word gewygert off gedilayeert, dat dan de Opperſte Magt van de Republycque, wiens volk off ingezetenen ongelyk geleden heb-

hebben, aan de Republycque, daar de Juſtitie is gewygert of gedilayeert, by miſſiven zal recommanderen en verſoeken alle zulke verſchillen vriendelyk off door een ordinaris cours van regten gecompoſeert te mogen worden; maar indien dan nog gedilayeert, en geen Juſtitie off ſatisfactie gedaan werd in den tyd van drie maanden naa zoodanig gedaane verſoek, dat de brieve van Repreſſalien, Marque off Contramarque als dan zullen worden verleendt.

Vid. Gr. Placc. boek, vol. 2. fol. 522. verg. met fol. 537, 538. & 539. Conf. Vaderl. Hiſt. XII. deel, 47. boek, pag. 317. cum ſeqq.

N°. 95.

Den 26. April 1657.

Hebben de Staten van Holland en Weſtvriesland by Placcaat goed gevonden in beſlag te neemen alle Scheepen, Coopmanſchappen, Penningen en Vrugten aan Vrankryk toebehoorende, tot vergoeding en herſtelling van de ſchaade, die de ingezeetenen zoude lyden door het onredelyk bekommeren en aanſlaan van alle de goederen en vrugten toebehoorende den ingezeetenen van deezen Staat, met gebod om in vier en twintig uuren naa deeze afkondiging aan te geeven zulke goederen en vrugten, als iemand van de Franſche zoude in handen mogen hebben.

Gr. Placc. boek, 2. deel, pag. 546. & 547. Conf. Vaderl. Hiſt. XII. deel, 48. boek, §. XVII. p. 444. ad 452.

N°. 96.

N°. 96.

Anno 1665.

Commiſſien van Retorſie tegen de Engelſchen uitgegeven.

Vid. AITZEMA *V. Deel*, *pag.* 354, 368, 401, 422.

N°. 97.

Anno. 1668.

Requeſte van den Prince van Orangie om te hebben brieven van Repreſſalie op Spangien.

Vid. AITZEMA *VI. Deel*, *pag.* 660.

N°. 98.

Den 2. *July* 1714.

Een groot getal Scheepen van de Coopliedcn deezer geweſten, door de Zweeden aangehouden, opgebragt en verbeurdt verklaardt zynde, zonder eenige reden daar toe te hebben; zoo verklaaren de Staten Generaal het zelve voor openbaare Pirateryen en Zeeroveryen, en qualificeeren de Eygenaars om die, waar zy dezelven vinden, ten allen tyden en plaatzen te vindiceeren, niet tegenſtaande verbeurdt verklaardt of verkoft zullen zyn, zonder eenige vergoeding te doen enz.

Vid. Gr. Placc. boek, 5 *deel*, *pag.* 1633.

N°. 99.

N°. 99.

Anno 1759. & 1760.

Alia documenta ad Quaeſtionem inter Hollandos & Groninganos pertinentia peti poſſunt ex iis, quæ habet

Auctor van de Nederlandſche Jaarboeken voor de maand November 1759. *a pag.* 1022. *in fin. usque ad* 1040. *in pr.* & 1062. *usque ad* 1080. *in pr. en voor de maand December van het zelfde jaar a pag.* 1115. *in med. usque ad* 1133. *in fin. en voor de maand January* 1760. *in pr.*

Digitized by Google

ADDENDA
AD
ADPENDICEM.

N°. 100.

Den 1. *December* 1420.

Hertog Jan van Beyeren beveelt de beſtiering van de aangeſlaagene goederen der kerken en burgeren van Utrecht, en anderen zyne vyanden in het baljuwſchap van Zuidholland geleegen, aan Thomas, Peter kintszoon.

FR. VAN MIERIS *Gr. Charterb. IV. Deel, pag.* 560.

N°. 101.

Den 25. *October* 1421.

Hertog Jan van Beyere belooft zynen Klerk [*of Secretaris*] *Pieter Jacobszoon, Kanonik in den Haag, hem aan betaaling zyner Lyfrenten te Delft te helpen, als meede voor zyne naabeſtaanden, het zy door het bekommeren en in beſlag neemen der poorteren of hunne goederen.*

Johan &c. doen cond allen luden, dat wy omme getruwen dienſts wille die myn Clerc, Heer Pieter Jacobszoon van Delf, Canonick in den Hage, onſen

 Voir-

Voirvaderen, Zaliger gedachten, ende ons gedaen heeft in voirtiden, dagelix doet, ende wilt God, noch doen ſal, den ſelven Heren Peter onſen Clerc voirnoemt geconfirmeert, ende geveſticht hebben, confirmeren ende veſtigen mit deſen brieve alſulke brieve van lyfrenten als hi heeft opter Stede van Delff ſprekende op hem, ſinen broederen, zuſteren, of ſynre broederen of zuſteren kinderen, hoe of in wat manieren, dat die voirſcreven, geſet, of gedeylt ſtaan. Ende geloven voir ons, ende onſen nacomelinghen, Grave te Hollant, Heren Peter onſen Clerc voirſz. of ſinen broederen, zuſteren, of broederen of zuſteren kinderen dair in te houden ende te ſtarcken, het ſy van ophoudinge ende arreſtacie te doen opten poerteren, ende ingeſeten van Delff lyve ende goeden, oft ſake waer dat hem gebrec geſchiede in hore betalinge na inhouden hore brieve, ende anders in allen anderen manieren, gelyc die ſelve brieve, die ſy van der Stede van Delff dair of hebben, inhouden ende begripen. In oirconde &c.

Gegeven in onſer Steede van Dordrecht opten XXVſten dach in Octobri, anno M. CCCC. een ende twintich.

Memoriale Anno Domini 21. *in Beyeren* 1421. *Caſ. N. pag.* 42. *verſa.*

N°. 102.

Den 14. *April* 1438.

De Raad van den Hertog van Bourgonje geeft brieven van Repreſalien aan die van Zierikzee tegen

tegen de Ooſterlingen en Engelſchen, en aan een burger van Hoorn, tegen die van Kleef.

THYM. BOEY. *Bedenkinge over de Oudheyt enz. van den Hove van Holland, Zeeland, en Vrieſland. Uit de Memorialen van Roſa, Fol.* 47.

N°. 103.

Anno 1639.

Quum Archithalaſſus TROMP claſſem Hiſpanorum, qui Anglorum tunc temporis amici erant, obſediſſet in portu Anglico, qui dicitur DUYNS, Ordines Generales 21. & 30. Sept. 1639. factis decretis, Archithalaſſo ſuo mandarunt: *de Spaanſche vloot te vernielen, ſonder eenige aanſchouw of reguard te neemen op de Havenen, Reeden, of Baayen van de Coningryken waar dezelve zoude zyn te bekomen*, etiamſi Angli aliique reſiſterent, quemadmodum & mox Archithalaſſus id mandatum exſequutus eſt, laudantibus & probantibus OO. GG. Vix eſt ut haec defendi poſſint, ut nec defendi poteſt, quod Angli 12. Aug. 1665. *Bergae in Norvegia* oppugnaverint naves Societatis Indiae Orientalis, non ſine indignatione Danorum, qui & omni ope Anglos repulere. Ne autem illud Trompii factum nimis injurioſum videatur, duo animadvertenda ſunt; alterum quod & Angli anno 1627. navem Regis Franciae, tunc Anglorum hoſtis, ſed Ordinum Generalium amici, ex Hollandia rapuerant; alterum, quod & Hiſpani ipſi a. 1631. adverſus Or-

dinum Generalium naves in portubus Regis Dani, communis amici, vim bellicam feciſſe arguebantur, alioquin ſi nihil proponatur, quod retorſioni locum dare poſſit, injuſtum eſſe hoſtem aggredi in communis amici portu, plusquam manifeſtum eſt; & ſic ad Legati Anglici petitionem a. 1623. ipſi quoque Ordines decreverant. Atque inde quum a. 1666. Ordinum Generalium Navarolii naves Anglorum hoſtiliter excepiſſent in Albi, amico flumine, multum ea de re querelarum eſt factum non tantum ab Anglis ſed & ab Hamburgenſibus variisque Imperii Germanici legatis. Anglis quidem queritantibus facile os obturari poterat ex iis, quae anno præcedenti Bergae in Norvegia acciderant, reliquis non poterat, ex ſola enim retorſione ſubſiſtebat illa aggreſſio.

Vid. Aitzema *lib.* xix. *pag.* 215—217, 222, 233, 240, 242.; *lib.* xlv. *pag.* 981, 986, 1012, 1165.; *lib.* xlvi. *pag.* 115—119.; *lib.* xlvii. *pag.* 376.; *lib.* vii. *pag.* 360.; *lib.* ix. *pag.* 764.; *lib.* xix. *pag.* 240, 242.; *lib.* xx. *pag.* 17—21.; *lib.* xi. *pag.* 455.; *lib.* iii. *pag.* 560.; *lib.* xlv. *pag.* 1321—1341.; *lib.* xlvi. *pag.* 686.; *lib.* xlvii. *pag.* 88, 99. & 101. *Hollantſche Mercurius ad a.* 1666. *pag.* 131, & 134. Conf. ampl. van Bynkershoek *in Quaeſt Jur. Publ. lib.* 1. *cap* vii. *pag. m.* 61. & 62.

N°.

N°. 104.

Den 15. December 1672.

Placcaet van de Hoogh. Mog. Heeren Staten Generaal der Vereenigde Nederlanden, daer by alle Scheepen in Vranckryck, of andere Steeden ende Plaetzen onder 't gebiedt van Vranckryck behorende, by neutralen Princen of Staten, ofte hare Onderdanen of Onderſaten ingekocht, van goeden prinſe verklaert worden, ſoo ſy de eerſtemael uit de Havenen in Zee komen.

Quum Ludovicus XIV., Francorum Rex, Edicto ſuo 17. Sept. 1672. omnes naves etiam ab amicis ſuis in Belgio Foederato emtas, & inde primum exeuntes, capi & publicari juſſit, quemadmodum & die ſequenti publicata eſt navis quaedam, quam Hamburgenſes, in Hollandia aedificatam & emptam, & Hamburgenſibus epibatis inſtructam, ex Hollandia Hamburgum ducebant, quaeque in eo itinere a Francis capta erat. Ad quod Edictum Regis Franciæ Ordines Generales in hunc modum edixerunt: *dat alle ſchepen en plaetſen onder den koning van Vranckryck by Neutralen ingekogt, zoo zy, ſchoon met neutraal bootsvolk bemant, de eerſtemael uyt vyandelycke Havenen varende, en nog in geen Neutrale, waar na toe zy gedeſtineert waren, geweeſt, in handen der Commiſſie-vaer-*

 ders

ders vervielen, goeden prinſen zouden wezen. —— Diceres id Edictum Jure Retorſionis ſubſiſtere; ſed *ampl. Praeſes* VAN BYNKERSHOEK obſervat quod illud edictum ab iniquitate vix defendi poſſit, quia retorſio non eſt, niſi adverſus eum, qui ipſe damnum dedit, ac deinde patitur, non vero adverſus communem amicum, qui enim injuriam non fecit, non recte patitur.

Vid. *Groot Placc. Boek*, *III. Deel*, *VII. tyt. N°.* 8, *pag.* 233. & BYNKERSHOEK *Quaeſt. Jur. Publ. lib.* 1. *Cap.* IV. *pag.* 32. & 33.

DIS-

JOANNIS VAN HEEL,
JCTI.

DISSERTATIO
HISTORICO-JURIDICA
DE
VENATIONE.

Digitized by Google

Digitized by Google

DISSERTATIO HISTORICO-JURIDICA

DE

VENATIONE.

CAPUT PRIMUM.

Venationis Origo, *Notatio*, *Definitio ac Diviſio.*

§. I.

Quum inter Mortales olim communia omnia forent & indiviſa omnibus, veluti unum cunctis patrimonium eſſet, ut JUSTINUS loquitur *lib.* 43. *cap.* 1. Venationis Origo.

Non domus ulla fores habuit: non fixus in agris,
Qui regeret certis finibus arva, lapis.

Auctore TIBULLO I, 3. 43. Haud dubie igitur cuique hominum illis caſcae antiquitatis temporibus in uſus privatos tantum deriva-

re licuit, quantum voluerunt, ac conſumere ſe poſſe exiſtimarunt: vid. Ὁ Μέγας *de Jur. bell. ac pac. lib.* II. *cap.* II. §. 2. Sed gente humana ſenſim ſenſimque in immenſum auctâ, atque à ſimplicitate illa primaeva deflectente, quum alii ſcilicet per inertiam minus operae conferrent ad res communes excolendas, nihilo ſecius tamen aliorum labore, ignavorum fucorum inſtar, frui cuperent; alii autem avaritiâ & luxu abrepti plus adpeterent aut conſumerent quam frugales bonosque viros deceret: quemvis de eo, quod occupaverat, arctius tuendo ſollicitum fuiſſe, & ita ſibi ſuisque diligentius conſuluiſſe, mirandum non eſt. Praeclare hanc in rem commentatur Romulidarum diſertiſſimus *de Off. lib.* I. *cap.* 7. cujus verba adſcripſiſſe non pigebit: *Sunt autem*, ait, *privata nulla Natura: ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt: aut victoria, ut qui bello potiti ſunt; aut lege, pactione, conditione, ſorte: ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatum dicatur, Tuſculanus Tuſculanorum. Similisque eſt privatarum poſſeſſionum deſcriptio. Ex quo, quia ſuum cujusque fit eorum, quae natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quisque teneat. E quo ſi quis ſibi adpetet, violabit jus humanae ſocietatis* (a). Inter quos modos

(a) Diſputant nonnulli, num *venatio*, (nam *occupatio* comprehendit *venationem*) Juris Civilis, num vero Juris Nat. ſit? quae quaeſtio propemodum ad Logomachiam venit, vid. ea, quae dicturus ſum *cap.* 2. §. 4. conſul. interim PUFFENDORF. *de Off. hom. & civ. lib.* 2. *cap.* 12. §. 6. & BARBEYRACIUS, TITIUS, §. 29. OTTO *in not. & obſervat. ad eund.*

dos adquirendi dominii primum locum ſibi vindicat *Occupatio*, ut, quod quisque ſibi adprehendiſſet, id ipſius proprium eſſet, nec ſine injuriâ auferri ei poſſet.

§. II.

Occupatio objecti ratione variè poteſt dividi, latè enim patet, & comprehendit *Venationem*, *Aucupium*, *Piſcationem*, *Inventionem* & *Adprehenſionem rerum*, quae nullius ſunt, quaeve dominum habere deſierunt, item *res hoſtium*: vid VINN. *in Comm. maj. ad* §. 11. *Inſt. de Rer. Div.* Hic tantum de *Venatione* ſive de *Occupatione ferarum*, quae & *Aucupium* & *Piſcationem* complectitur, dicendum duxi. Occupationis Diviſio.

§. III

De *Venatione* acturus, cujus in *venor*, verbi etymologiae, incertae admodum & lubricae, inſudare nolo. Operam certe ludere mihi videntur & apros in mari venari, qui, ut a κύων & ἄγειν Græci κυνηγεῖν dicunt; ſic Latinos a cane, vel κυνὶ, κ in V, abeunte, venari dixiſſe, contendant. Extra oleas quoque vagantur, qui *Venationis* verbum requirere ſolent a *venis terrae*, quas venatorum canes rimantur. Quod ſi id eſt, eo vocabulo tantum ferarum in terrae cavernis latentium indagatio & captura poſſit intelligi, cum tamen latius pateat, & *venari piſces* dixerint PLINIUS *Hiſt. nat. lib.* 18. *cap.* Venationis Notatio.

8.

8. & Plautus *in Rudente Act.* 4. *Sc.* 3. *V.* 31. aliique plures.

Succeſſu non minus infelici alii *Venationem* derivandam exiſtimant a *verto*; verto autem a Germanico *wenden*, quod fit in vertigine, turbine, procellis; hinc dicunt ſagaces illi (ſi Dîs placet), venaticos canes (in vernacula *Wind-honden*,) ſive a ſagacitate, ſive a velocitate, quod unice verum, ſive a vertigine, unde audiunt *vertagi*, quod huc & illuc vagentur. Haec *Vertagorum* adpellatio ſolo nititur Martialis loco *L. XIV. Epigr.* 200.

Non ſibi, ſed domino venatur Vertagus *acer,*
Illaeſum leporem qui tibi dente feret.

De quo loco in diverſas abeunt ſententias Viri Doctiſſimi. H. Turnebo *vertrahus* legendum videtur, veluti *Fertrahus*, a *fera trahenda* ad dominum: vel potius *vertragus*, ut *h* in *g* abierit, ut tragula a trahea. Cum Turnebo legerim *Vertragus*, ſed non a fera trahenda, ſed a voce Gothica, ut puto, quam vernacula lingua cuſtodivit, *weer draagen.* Ut Canis ſit, quem vocant *een Beſchutter*, qui a ferâ jam captâ ceteras canes arcet, illamque illaeſam a reliquorum morſibus domino refert. Itaque non *ſibi* venatur, ſed domino.

§. IV.

Venationis Definitio.

Quomodocumque tandem ſeſe res iſta habeat, (facile enim patimur ſuo quemque *genio frui*), ſuffi-

ſufficiat in praeſentiarum notaſſe, feras beſtias & volucres & piſces, quae mari & coelo & terra naſcuntur, ſimul atque ab aliquo captae fuerint, ſtatim illius eſſe incipere, quod enim ante nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur: *ille* itaque *actus quo quis feras beſtias, volucres, vel piſces, vel animi vel utilitatis cauſa adprehendit, Venatio, Aucupium, Piſcatio* dicitur.

§. V.

Olim *Venatio* dividebatur potiſſimum, quod aut *arenarea* eſſet aut *ſaltuoſa*. Venationis Diviſio.

Arenarea, quando quis cum beſtiis depugnaturus in arenam intromittebatur: *l.* 8. §. 11. & 12. *D. de Poen.* & hi ſervi poenae efficiebantur aeque atque illi, qui vel ad beſtias damnabantur, vel ad gladium. *l.* 31. *eod.* quamquam melior eorum eſſet conditio, qui damnati ad Ludum Venatorium populi voluptatibus ſervabantur, ut diſcerent in Theatro cum beſtiis pugnare, inſtruerentur Pyrrhicarii Pyrrhicam (ad ſimulacrum pugnae Equeſtris, quae Troja dicitur) ſuſcipere, & lethales ictus perferre & non expaveſcere; at damnati ad beſtias protinus laniebantur & conſumebantur a feris, vel intra annum conſumendi erant, ut ait PAULUS *lib.* 5. *Sent. tit.* 17. hosque beſtiis ſubjectos & poenae ſervos vocat JCtus in *l.* 11. §. *ult. de Poen.* hanc tamen poenam planè ſuſtulit *Imp.* CONSTANTINUS in *l. Un. C. de Gladiat. pen. toll.* Sunt, qui putant, *arenaream* iſtam *Venationem*, quae Romanis tantopere placebat, Hiſpanorum feſti-

feſtivae pugnae cum tauris originem dediſſe. Alii hanc Gothis, alii Hiſpaniae indigenis, alii demum Afris Hiſpaniam invadentibus & magnam ejus partem ſatis diu tenentibus adſcribunt. Voyez *du combat des taureaux dans le Mercure Eſpagnol*; & *Relation du Voyage d'Eſpagne.*

§. VI.

Venationis Celebritas.

Saltuoſa Venatio eſt, qua ferae beſtiae capiuntur: quæ jam a longo tempore Viris maximè celebribus in deliciis fuit; ſed audio aliquos, veluti AGRIPPAM *in lib. de Vanit. Scient. cap.* 77. qui in Venationem invehuntur tanquam artem deteſtabilem, ſtudium vanum, certamen infelix, tantis laboribus atque vigiliis, de nocte ad noctem pugnare & ſaevire in beſtias, artem crudelem & totam tragicam, cujus voluptas eſt in morte, & ſanguine, quam ipſa refugere debet humanitas; verum riſu inepto res ineptior nulla eſt. Rectius SYMMACHUS *lib.* 5. *Ep.* 66. *ſuppetit plenam roboris valetudinem ferarum indago.* & CICERO de *Nat. Deor. lib.* II. *cap.* 63. *Canum vero tam fida cuſtodia, tamque amans dominorum adulatio, tantumque odium in externos, & tam incredibilis ad inveſtigandum ſagacitas narium, tanta alacritas in venando, quid ſignificat aliud, niſi ſe ad hominum commoditates eſſe natos? ibid. cap.* 64. *jam vero immanes & feras belluas nanciſcimur venando, ut & veſcamur iis & exerceamur in venando ad ſimilitudinem bellicae diſciplinae.* Junxiſſe Ciceroni *Horatium* juvabit *lib.* I. *Od.* I. *vs.* 25. *&c.* ita canentem.

—— *ma-*

—— —— manet ſub Jove frigido
Venator, tenerae conjugis immemor,
Seu viſa eſt catulis cerva fidelibus,
Seu rupit teretes Marſus aper plagas.

& *Lib.* III. *Od.* XXIV. *verſ.* 54, 55. Romanis exprobrantem quod

Neſcit equo rudis
Haerere ingenuus puer,
Venarique timet.

ita & Aſcanium laudat VIRGILIUS propter venationis exercitationem *Æneid.* IV. *verſ.* 156.

At puer Aſcanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo: jamque hos curſu, jam præterit illos,
Spumantemque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fulvum deſcendere monte leonem.

Quid haec aliter docent, niſi ex duro iſto vivendi genere & conſuetudine in ſilva dolores fortius perferendi robur oriri? Ita de Curo teſtatur XENOPH. in Κυροπαιδ. VIII. *pag.* 205. *C.* qui locus etiam eſt deſignatus a Lipſio ad TACITUM *Annal. lib.* II. *cap.* 2. *not.* 7. quod ſubditos: Τῆς πολεμικῆς ἕνεκα ἀσκήσεως ἐπὶ θήραν ἐξῆγεν, οὕσπερ ἀσκεῖν ταῦτα ᾤετο χρῆναι, ταύτην ἡγούμενος καὶ ὅλως ἀρίστην ἄσκησιν πολεμικῶν εἶναι καὶ ἱππικῆς δὲ ἀληθεστάτην, *Exercitationis bellicæ cauſa venatum educebat, quos in his exercendos arbitrabatur, quod venationem duceret tum bellicæ rei totius optimam exercitationem eſſe, tum eque-*

equeſtris longe veriſſimam. Eandem de Venatione fert ſententiam in Κυνηγ. *pag.* 974. *D.* & 995. *D.&c.* Videatur etiam J. Pollux *lib.* v. *Praef.* Ita etiam diſertiſſimus Plinius in *Paneg. Cap.* lxxxi. *Olim haec experientia juventutis, haec voluptas erat: his artibus futuri duces inbuebantur: certare cum fugacibus feris curſu, cum audacibus robore, cum callidis aſtu; nec mediocre pacis decus habebatur, ſubmota campis irruptio ferarum & obſidione quadam liberatus agreſtium labor.* Vid. Conringius *Diſſ. de Republ. antiq. Germ. Conringianorum tom.* 1. *pag.* 15. & *tom.* 2. *pag.* 1043.

Nimrod jam antiquiſſimis temporibus venationi incubuit, magna cum æqualium utilitate, adeoque eos ſibi devinxit, nam cum pauci eſſent homines, vagique & palantes, ſub dio plerumque degentes, aut in tabernaculis, ſine vallo & moenibus, quibus ſe tuerentur ab inſultibus ferarum, maximam gratiam apud eos inire debuit, qui ſeſe huic malo, longe lateque graſſanti opponere auſus eſt. Uti recte obſervavit Polubius *libr.* vi. *Hiſt. capit.* iv. *tom.* 1. *pag.* 633. Ὅταν ἀμύνῃ μέν τις πρὸ πάντων ἐν τοῖς δεινοῖς, ὑφίσηται δὲ καὶ μένῃ τὰς ἐπιφορὰς τῶν ἀλκιμωτάτων ζώων· Εἰκὸς μὲν τὸν τοιοῦτον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐπισημασίας τυγχάνειν εὐνοϊκῆς καὶ προστατικῆς. *Quando quis in periculis acriter pro omnibus propugnat, idemque feras valentiſſimas ſubſiſtit, & earum ſuſtinet impetus, non eſt dubitandum quin hunc adclamationibus proſequatur fauſtis multitudo, benevolum animum ſimul ſignificans, & patroni honorem ei deferens.*

Quantum huic incaluerint exercitio populo-

pulorum Reges & Principes, quales fuerint Medi, Perſae, Parti & Armenii, videre eſt apud CORN. NEPOTEM *in Vita Alcibiadis cap.* II. confer. JUSTINUS *lib.* XXXVII. *cap.* 2. *&* *lib.* XLI. *cap.* 3. & SUETON. *in Calig. cap.* 5. Curus certe Perſarum Rex venatum impenſè adamabat, ut teſtis eſt XENOPHON in Κυροπαιδείᾳ & Parthos teſtatur JUSTINUS *loc. cit.* carne non niſi venatibus quæſitâ veſci. Vononem, de gente licet Arſacidarum celebri, apud Auguſtum educatum Regem acceptum adſpernati fuerunt Parthi, alioque ex orbe Regem ſibi petierunt, hac potiſſimum de cauſa, quod diverſus eſſet a Majorum inſtitutis, raro venatu, ſegni equorum cura. Vid. TACIT. *Ann. lib.* 2. *cap.* 1, 2, & 56. De Bajazete Turcarum Imperatore legimus apud LAONICUM CHALCOCONDULAM (*b*) *libro* 3. *prope finem*, eum habuiſſe ſeptem millia virorum, qui accipitres curarent, atque aluiſſe ſex millia canum: cui captivo quum hoc exprobraret Themires, qui eum devicerat, huic ille ferociter inſtar alterius Pori Indiae Regis repoſuiſſe dicitur haec verba: Σοὶ μὲν τῷ Σκύθῃ, ληστῇ ἔτι ὄντι, καὶ ταύτην ἐπιτηδεύοντι τὴν τέχνην, οὐ πάνυ τοιαῦν προσήκει ἄγρας οὐδὲ κυνηγεσίων, ἐμοὶ δὲ ἐς τοῦτο τε γεννηθέντι καὶ τραφέντι καὶ τετραμμένῳ τοῦ Ἀμυράτεω, τοῦ Ὀρχάνεω βασιλέων παιδὶ, μέτεστιν καὶ κυνῶν καὶ ἱεράκων φιλοτιμίας· *lib. III. pag.* 105. *edit.* 1615. *Mihi qui ſum natus & edu-*

(*b*) Cujus hiſtoriarum de origine ac rebus geſtis Turcarum libri X. exſtant, Conrado Clauſero interprete, Coloniae Anno 1615. atque ex editione optima Caroli Annibalis Fabrotti Pariſiis 1650. in fol.

educatus ab Amurathe Orchanis filio; *qui ambo Reges exſtitere*, *congruit canum & accipitrum ſtudium*, *non item tibi Scutae latroni & latrociniis adſueto*. Multos etiam fuiſſe viros probos & pios, qui Venationi admodum dediti fuerunt, nemo, qui hiſtorias vel a limine ſalutavit, dubitabit unquam; certe jam in Veteri Foedere celebrium Venatorum occurrere veſtigia, teſtis eſt MERULA *in zyn tract. van de Wilderniſſe*, qui eorum integrum catalogum exhibet in capite, cui inſcripſit *van den Oorſprong des Jagts*, *en voorts eene aanteykeninge van veele beroemde Jaagers*, ad quem B. L. ne actum agam, ablego. confer. W. GOEREE *Joodſche Oudheeden 2. deel pag.* 1139.

§. VII.

Venatorum Numina &c.

Quanti etiam Venationem jam olim fecerint, vel inde patet, quod Venationi certa ſua Numina, certos ordines adſcripſerint, eamque Apollinis & Dianae inventum dixerint. XENOPH. in Κυνηγ. *pag.* 972. *D.* In Graecia Venatoribus ἰδίως culta fuit Diana Ἀγροτέρα, ut Λιμνάτις Piſcatoribus. Vide doctiſſ. HEINSIUM ad *Ovidii Metam. L. V. vs.* 48. & TH. MUNCKERUM ad *Anton. Lib. Metam. Cap. IV.*

Jure Romano Venatorum quoque Tutelaris Diana, Lucifera die noctuque, ideo Lunula & taedis inſtructa, deinde perpetua cultrix Virginitatis ad ſervandum Venatoribus robur. In hanc & in Apollinem preces fuſae & facta ſupplicatio ante Venatum; huic a Venatoribus facta ſacrificia, & ſoluti Venatorii *cenſus*.

Ita definitè id praecipit XENOPHON *in* Κυνη-

γετ.

γετ. *pag.* 984. *D.* Venatoribus, ne illotis manibus tractarent rem Venatoriam inſalutatis Apolline & Diana, inde VIRGILIUS *lib.* 9. *Æneid. V.* 403.

Tu Dea, tu praeſens noſtro ſuccurre labori
ASTRORUM *Decus & Nemorum* LATONIA
cuſtos.

Quod de cenſibus Venatoriis diximus, teſtatur ARRIANUS *de Venatione cap.* 33. Dianae Venatrici Sacra facienda ſunt ante Venatum; poſt Venationem, ex voto peractam, offerendae ferarum captarum primitiae, earumque partes ſuſpendendae. Hoc ſi neglexiſſent, κορυβαντιασμὸν inmittere putabatur. Vide eximia eruditione refertam ſummi HEMSTERHUSII notam ad *Pollucis On. L. IX. pag.* 982 & 983. ubi plura huc facientia. Canum venaticorum curam Dianae quoque fuiſſe demandatam *Callimachus* teſtatur *Il. in hymno Dian. v.* 17. Adde VIRGIL. AEN. *L. VI. v.* 25. Hinc Deae etiam dicatos mactatosque docet litteratiſſimus JCtus OTTO *de Diis Vialibus cap.* 6. *pag.* 92. Confer. EZECH. SPANHEM. *in not. ad Callimach. loc. citat.* Huic etiam Dianae canes venatici ſunt dicati ad curandum & agitandum eos. Huic commendatae viae & invia loca; portae & portus, montes pontesque, ſylvae & campi, CALLIMACH. *in Dianam v.* 38.

Καὶ μέσῳ ἀγυιαῖς
Ἔσσῃ καὶ λιμένεσσιν ἐπίσκοπος.

Sed & viis
Praeeris & portubus inſpectrix.

ibi SPANHEM. nec non *v.* 259.

Germanico Jure eoque Sacro Venatorum Tutelares crediti olim forte EUSTATIUS vel EUSTACHIUS Militum & Venatorum Magiſter paganus primum, deinde oſtento ſigno Chriſti cruci adfixi, inter cervina cornua Chriſtianus Martur, uti multis fabulatur NICEPHORUS CALLISTUS *lib.* 3. *cap.* 29. confer. BARONIUS *in Marturologio ſuo*, SURIUS & SIMON METAPHRASTES; ſed narrationem merito in dubium vocat BASNAGIUS *ad Annum* 120. Eadem fere narratio occurrit in Sancto HUBERTO Leodienſium primo Epiſcopo & in ſilva Arduenna adſiduo Venatore, quam modo de Sancto EUSTATIO audivimus; ſcilicet Chriſti crucifixi ſimulacrum ipſi inter cornua cervina apparuiſſe, unde Pontificiorum Sacrorum cultoribus creditum eſt eum, inter Divos relatum, Venatorem inſtar *Apollinis Chriſtiani* venatoribus patrocinia praeſtare; quum vero anno CIↃCCCCXLIV. Dux Juliacenſis GERARDUS eodem die 3. Novembris, qui Sancto Huberto ſacer eſt, reportaſſet inſignem victoriam, inſtituit generali edicto, ut deinceps Sancti Huberti dies eſſet feriatus omni aevo in Juliacenſi Principatu. Addunt alii inſtitutum tunc fuiſſe Venatorium ordinem, tum quod Sanctus Hubertus egregius olim Venator, tum quod Juliacenſis Dux ſcriptus S. R. I. *Venatorum Magiſter* Auguſtalibus Codicillis.

Hunc

Hunc ordinem deſuetudine deinde neglectum atque ſublatum inſtauravit *Palatinus Elector* JOHANNES GULIELMUS, & etiamnum Germaniae Venatores hunc Sancti Huberti diem ſummo colunt ſtudio; & inter reliquos ſereniſſimus Elector & Archi-Episcopus Colonienſis, uti nos Ephemerides publicae anni proximè elapſi edocuerunt. Haec de Venationis laude poſſent ſufficere, ſed addam ipſum PLINIUM, ſummum elegantiorum litterarum fautorem, venatum quam maximè adamaſſe, uti teſtatur *lib.* 1. *Ep.* 6. Ubi in fine, Amiciſſimo ſuo Tacito ſcribit: *Experieris non* DIANAM *magis montibus quam* MINERVAM *inerrare.* Idem de TRAJANO optimo Principe & Venatore diſſerit in Panegyrico *cap.* 81. *Inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris; quae enim remiſſio tibi, niſi luſtrare ſaltus, excutere cubilibus feras, ſuperare immenſa montium juga, horrentibus ſcopulis gradum inferre, nullius veſtigio adjutum, inter haec pia mente occurſare Numinibus* (*d*). De Hadriano narrat DION. *Hiſtoriar. Rom. lib.* 69. *pag.* 792. καὶ πόλιν ἐν τῇ Μυσίᾳ οἰκίσας Ἀδριανοῦ θήρας αὐτὴν ὠνόμασεν. Οὐ μέντοι τι παρὰ τοῦτ᾽ ἄπρακτον τῶν τῇ ἀρχῇ προσηκόντων κατέλιπε· id eſt, *Urbem Myſiae, quo Coloniam deduxit,*

(*d*) Tantum abeſt, ut haec ſummis Trajani laudibus adſcribam, vel *Dioni Chryſoſtomo Oratione tertia apud Briſſonium de Regno Perſarum lib.* 1. *pag.* 109. Principibus Venandi ſtudium, ut purpurae aptè conveniens, commendanti, adſentiar, ut potius arbitrer modum in rebus adhibendum eſſe, ne Reipublicae quid detrimenti inde accedat. Antiochus ſtudio proſequendi feram aliquam ab amicis & ſervis aberrans, in tugurio ci-

 bum

duxit, *Hadriani venationes appellavit. Nunquam tamen hujus rei cauſa ea, quae ad principatum ſpectabant, praetermiſit*. Qui etiam equo venatorio Boriſthcni aedificavit monumentum, Auctore eodem, erexitque columnam, inſcripto Egigrammate, quod & Graece & Latine exhibent CASAUBONUS & SALMASIUS *ad Spartiani Hadrianum cap*. 20. confer. PITHOEUS *Epigr. veter. pag*. 121. De Gordianis vid. CAPITOLINUS *in Gordianis tribus cap*. 3. & 33. De Probo Imp. VOPISCUS *cap*. 19.

Germanorum vitam omni aevo in Venationibus atque ſtudiis militaribus conſtitiſſe inter omnes in confeſſo eſt; hinc a MANTUANO deſcribuntur ut gens

—— Adſueta per Alpes
Frigora agens, certare urſis, nive candida ſemper
Per juga veloces curſu praevertere cervos.

Ita etiam JULIUS CAESAR *de Bell. Gall. lib*. 6. *cap*. 21. ait: *Vita omnis in Venationibus atque in ſtudiis rei militaris conſiſtit*. Et de Suevis *lib*. 4. *cap*. 1. *Multum ſunt in Venationibus*, poſtquam de Venatu bovis, cervi figuram habentis, & urſorum in Hercinia ſilva egit, addit: *boc in la-*

bum ignotus ſumens, nimium venandi ſtudium a ruſtico, ut rebus regni admodum noxium, Regi vitio verti inaudivit. Vid. PLUTARCHUS *in Apophteg. pag*. 40. Aurea ſunt in *Conſtitutione* HONORII & THEODOSII IMPP. (*in Cod. Theodoſ. lib*. 15. *tit*. 11.) *ſalus noſtrarum Provincialium noſtrae ſaluti neceſſario praeponatur*.

Labore indurant adoleſcentes, atque hoc genere Venationis exercentur. De Fennis, per quos Lapones aliqui intelligendos putant. TACIT. *de Mor. German. cap.* 46. ſcribit: *idemque venatus viros pariter ac faeminas alit.*

CAPUT SECUNDUM.

De his, quibus ſecundum Jus Naturae, conſuetudines & privilegia venari licet.

§. I.

Videor mihi jam ſatis dixiſſe de eo, quid proprie ſit *Venatio*, *Occupatio ſcilicet ferarum quadrupedum*, a qua differt *Aucupium*, quod eſt *occupatio avium ferarum* & *piſcatio*, quae eſt *occupatio piſcium*. Diſpiciendum reſtat, *quinam naturâ venari poſſint.* **Quibus Naturaliter competat venandi jus.**

Venatio itaque naturâ competit omnibus, qui ad dominium adquirendum ſunt habiles, nam ferae beſtiae & volucres & piſces & omnia animalia, quae coelo & terra & mari naſcuntur, ſimul atque ab aliquo capta fuerint, Jure Naturae ſtatim illius eſſe incipiunt, quod enim antea nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur.

Quidquid autem quis ceperit, tamdiu ejus eſſe intelligitur, donec ab eo cuſtodia coërcetur; cum vero illam evaſerit, & in naturalem libertatem ſe vindicaverit, illius eſſe deſinit, & ruiſus fit occupantis. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, quum vel oculos effugerit, vel ita ſit in conſpectu, ut difficilis ejus ſit perſecutio: hoc pacto ratiocinatur IMP. JUSTINIANUS rectiſſime in *Aureo Inſtitutionum libello* §. 12. *de Rer. Div.* Conf. CUJACIUS *lib.* 4. *Obſ. cap.* 2.

§. II.

Cuivis mortalium. Per *occupationem* itaque, quae eſt *adprehenſio rei nullius animo eam ſibi habendi*, adquiruntur ferae beſtiae, naturali ratione omnibus Jus piſcandi atque venandi, quantum ad uſum innoxium ſufficit, integrum relinquente; hinc Griphus piſcator apud PLAUTUM *Rudente Act.* 4. *Sc.* 3. *verſ.* 46. *Meum, quod rete, atque hami nacti ſunt, meum potiſſimum eſt.* Et Quinctilianus in Declamatione eleganti, quae inſcribitur *Apes Pauperis.* (*e*) *Multa, quae libera fuerunt, tranſeunt in jus occupantium, ſicuti Venatio & Aucupatio* (*f*). *Nam ut caetera Animalia hominum cauſa finxerit Providentia, quod omnibus naſcitur induſtriae praemium, quid enim non*

(*e*) *Eſt* declamatio 13. pag. 281. Editionis Burmanni.

(*f*) An autem hic *Occupatio* pro *Aucupatione* legi debeat, vide apud BURMANNUM *in Not. ad h. l.*

non liberum natura genuit? Confer. HUG. GROT. *de Jure Belli ac Pacis lib. 2. cap. 2. §. 5. & cap. 8. pr.*

§. III.

Eadem Hebraeorum fuit ſententia, qui libero Venandi jure uſi ſunt. Vid SELDENUS *de Jur. Nat. & Gent. Secundum Doctrinam Hebraeorum lib. 6. cap. 4.* Quin & apud Hiſpanos id hodie uſu venire, teſtatur HUBERTUS LEODIUS *in Ann. de vita ac rebus geſtis Frederici II. Electoris Palatini*; ut & apud Habeſſinos JOBUS LUDOLFUS *hiſt. Aethiop. lib. 2. cap. 9. n. 22.* (g). Ubi ſequentia habentur: *Summus Belli Paciſque arbiter eſt Aethiopiae Rex; Venationem libenter etiam omnibus indulget, quum tot ſunt ſaevae beſtiae per invios ſaltus & altiſſimos montes ſparſae, ut illas capere atque indagare periculoſiſſimum ſit ac moleſtiſſimum; ita principale in aliis regionibus oblectamentum ruſticis hic nocumento non eſt.* Etiam apud pleraſque Gentes.

Etiam in Hungaria Jus Venandi cuique competit; PALAIRET *Introduction a la Geographie moderne tom. 2. pag. 648.* Ubi ait, *il y a une ſi grande quantité de gibier gros & petit, qu'on eſt*

(g) Doctus ille liber prodiit hoc titulo: *Sciagraphia hiſtoriae Aethiopicae, ſive Regni Abeſſinorum, quod vulgo perperam Johannis Presbyteri vocatur,* Jenae 1676. *in* 4. quam prodromum voluit majoris operis poſtea ab eodem Auctore edendi, quod prodiit Francofurti ad Moenum 1681 *in fol.* ſub hoc titulo, *Hiſtoria Aethiopica ſive brevis & ſuccincta Regni Abeſſinorum deſcriptio.*

eſt obligé pour prevenir le degat, qu'il feroit, de permettre a tout le monde de Chaſſer.

§. IV.

Naturalis tamen illa libertas Jure Civili poteſt circumſcribi.

Illud autem Jus Naturae, quod permittit Venationem omnibus, qui ad dominium adquirendum ſunt habiles, non ita eſt comparatum, ut mutari omnino nequeat, nam ſicuti libertas naturalis Jure Civili poteſt circumſcribi, ita vel Leges vel mores Gentium hoc jus ſubegerunt ſecundum cujuſcumque Regionis indolem, ita ut ne in flumine quidem publico piſcari vel in agris libere venari ubivis liceat; quamvis paſſim circa ea animantia propter nimiam diritatem & ferocitatem ſocietati humanae metuendum eſſet, ut ſunt Apri (quamvis & hodie conviviis epuliſque ceſſerunt) Urſi, Lupi, Vulpes, Leones, jus commune maxima ſui parte remanſiſſe conſtat. Vid. JOHN. STUMFIUS *Chronic. Helvet. Lib.* 9. *Cap.* 16. Exſtat quoque hac de re ſpecialis conſtitutio 2. *Feud. tit.* 27. §. *Si quis ruſticus Verſ. Nemo.* Ubi habetur: *Nemo retia ſua aut laqueos aut alia quaelibet inſtrumenta ad capiendas venationes tendat, niſi ad Urſos, Apros vel Lupos capiendos.* Principes itaque multis in regionibus hoc venandi jus inter Regalia retinuerunt, idque ab iis certis quibusdam perſonis conceſſum eſt. De Hebraeis, Hiſpanis, Abuſſinis aliiſque gentibus, apud quas venandi jus commune eſt, ſupra vidimus; adeoque neceſſe haud erit, ut iſtis inmoremur: brevi luſtremus illas Gentes, quae circa venandi jura privas leges tule-

tulerunt, & ſic tandem in Hollandiam noſtram delatis, quid ibi de Venatione cautum ſit, erit examinandum. Quanta autem hujus Juris Naturalis mutatio, quam diverſa rerum facies ſeſe offerat, illi norunt, quibus in omnium Europaearum Gentium mores & conſuetudines oculos ac mentem conjicere vacat.

§. V.

Apud Quirites etiam poſt introducta dominia Venatio manſit communis *L.* 14. *D. de acq. rer. dom.* & §. 12. *Inſt. de Rer. Div.* Coepit interea aliquod ferarum genus Romanorum Imperatoribus ad theatralem & ludicram Venationem (quam interdum in circo & urbis regionibus edebant) reponi. Vid. SUET. *in Caeſ. cap.* 10. & *in Ner. Claud. cap.* 4. & TREB. POLLIO *in Galienis duobus cap.* 3. nec non CAPITOLINUS *in Maximo & Balbino cap.* 8. *pag.* 149. Praecipue hoc obtinebat in Leonibus quos iſto tempore nec voluptatis cauſa venandi nec venumdandi, ſed tantum occidendi licentia erat data. *Vid. Conſtit. Honorii & Theodoſii Impp. in Cod. Theod. lib.* 15. *tit.* 11. *tom.* 5. *pag. mihi* 444. ibique *Doctiſſimus* GOTHOFREDUS: junge *Unic. Cod. Juſtin. de Venatione ferarum.* Jus venandi apud Quirites.

§. VI.

Apud priſcos Aegupti populos Regum Procuratores ejus generis fiſco adſeruiſſe & vindicaſſe, teſtis eſt STRABO, quem laudat GROTIUS Apud Aeguptios.

TIUS *de Jure Bell. ac Pac. lib.* 2. *Cap.* 18. §. 5. legi omnino meretur BARBEYR. *in Not. Gall. ad h. l.*

§. VII.

Apud antiquam Germanorum Gentem.

De Antiqua Germanorum Gente ita GROTIUS: *quum principibus*, inquit, *ac Regibus bona quaedam eſſent adſignanda, unde dignitatem ſuam ſuſtinerent, ſapienter exiſtimarunt Germani, ab illis rebus eſſe incipiendum, quae ſine damno cujusquam tribui poſſunt, cujusmodi ſunt res omnes, quae in nullius dominium pervenerunt.* Vid. GROTIUS *de Jur. Bell. ac Pac. loc. cit.* Ex quo loco ſi conferantur cum iis, quae habet PAULUS HACHENBERG *in Germania media. diſſ.* 6. §. 15. *pag.* 218 & 219. (*b*). adparebit plebem nullas in Venatione habuiſſe partes, quae unicè agriculturae, in quantum in Germania moris erat, armentorumque curae vacabat, & mercimoniis, a quo ultimo nobiles plane abſtinere debebant. Vid. JOHAN. CHRISTOF. SCHULTZII Jcti *Friſii tractac. jurid. ad L. III. Cod. de commerc. & mercat.* prodiit hic liber Franequerae anno 1753.

§. VIII.

A Venatus exercitio nonnulli excluduntur.

Reliqui vero ſubditi illis in terris, ubi Venatio

(*b*) Fuit ille Caroli Palatini primum Ephorus, dein Conſiliarius, Vir elegantioribus litteris perpolitus, cujus rei fidem faciunt ejus *Germania Media*, & *liber de Originibus Suecorum & Germanorum.*

natio eſt penes τὸ κύριον habentem, a venatus exercitio excluduntur; quibusdam in regionibus nonnulli ob ſingularem aliquam qualitatem moralem ab hoc removentur jure, ut Clerici. Vid *Capitulum Ludovici Imp. in Cod.* LINDENBROGII *tit.* 43. *pag.* 1163. *Venationem quoque ferarum vel avium minime ſectentur.* Nec non *in Capitulo* CAROLI CALVI *cap.* 9. exſtat: *Venationem quoque nullus tam ſacri ordinis exercere praeſumat.* Apud BALUZIUM *in Kapitularibus Regum Francorum tom.* 1. *Columm.* 241. & 244. habetur: *Ut Epiſcopi & Abbates & Abbatiſſae cuplas canum non habeant, nec falcones, nec accipitres, nec jaculatores.* Idem ipſis prohibetur in *formula Reform. Caeſar. Majeſt.* apud GOLDASTUM *tit.* 2. *Conſtit.* §. 7 *pag.* 336. *cap.* 1 & 2. *de Clerico Venatore* nec non in *Declaratione Epiſcopi Ultrajectini*, quae exſtat apud MERULAM *tract. van de Wilderniſſe lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 1. *pag. mihi* 41. conf. PANCIROLLUS *rer. mem. lib.* 11. *tit.* 23. qui eſt *de aucupio, quod cum Accipitre, Niſo, Falcone & aliis avibus peragitur.* Interdicta vero ipſis tantum Venatio clamoſa, unde piſcari iis licitum, & neceſſitatis ergo, ad levandam famen aut ad reſtaurandam valetudinem aliquid clamoſae indulgeri poteſt; nam Leges etiam Dei quamdam habent tacitam exceptionem ſummae neceſſitatis. ὁ πάνυ *de Jur. Bel. ac Pac. lib.* 1. *cap.* 4. §. 7.

§. IX.

Verum ne diutius verſemur in aliena Republi- **Apud Belgas.**

blica; in patriam jam revertemur poſtliminio, victuri,

Quid domibus noſtris pravi rectique geratur.

In Hollandia jus venandi primum fuit penes Comites (*i*), qui aliquibus etiam foreſta, in quibus venationem exercere poſſent, nec non munera ex ſuis ſilvis donare conſueverant, uti V. G. ex Silva Harlemenſi cervum Caſtellano arcis Leidenſis, etiam quibusdam cuniculos ſingulis annis datos eſſe conſtat, unde etiam tractu temporis Academiae noſtrae Profeſſoribus, quæ donatio poſtea commutata in *Konyne geld.* Hodie eſt penes ordines a quibus generaliter jura tum Piſcationum tum Venatio-

(*i*) Het is allezints waarſchynelyk, dat het regt van de Jagt oudtyds, als een *Regaal* is aangemerkt geworden, en dat aan Graav Floris, als Heer van 't Land, naa het voorbeeld van andere Landen, heeft toegekomen; het zy dat het de Graven door de Keyſers was toegeſtaan, gelyk het de Biſſchoppen van Utrecht in Drenth, en waarſchynelyk ook in een gedeelte van Friesland, door verſcheide brieven, die by HEDA *in Baldrico pag.* 84. en *in Aufrido pag.* 101. en den Heer FR. VAN MIERIS *groot Charterb. I. deel pag.* 41 & 42. te vinden zyn, gegeven is, het zy dat het door de Landzaat zelve dus begreepen was. Altans het is zeeker, dat dit recht, reeds in vroegere tyden, en in veele Landen, als iets byſonders by de Princen is gebruikt —— waar by komt, dat CLAAS KOLYN *en Graav* DIEDERIK *de III. en IV. pag.* 260. *en* 273. getuigt, dat het recht van Jagen en Viſſchen alleen door de Graaven geoeffend wierd, en uyt de *Chora a Florentio, Tutore Holl. Zee-*

tionum, tum Aucupiorum multis modis ratione perſonarum, locorum, temporum, modi, inſtrumentorum &c. anguſtioribus cancellis coarctata ſunt. Etiam venandi jus eſt penes Gubernatorem, uti patet ex iis, quae habet JAN WAGENAAR *Vaderl. Hiſt. tom.* 8. *lib.* 29. §. 10. *pag.* 63. & *reſol. van Holland* 3. *Nov.* 1585. *bl.* 687. qui & illud ſolet aliis concedere, ut adparebit ex *Documento* huic Diſſertationi ſubnexo 17. *Octobris Anni* 1675. *Anno* 1749. apud Groninganos cautum, *dat aldaar een Jagt gerigt zou worden aangeſteld door den Erff-Stadhouder, die altyd Opperhoutveſter zyn zou, en den Lieutenant Houtveſter en ſes Meeſterknaapen kieſen. Vaderl. hiſt.* 20. *deel pag.* 331.

De Venatione per Hollandiam inſtituenda ra-

Zeelandenſibus conceſſa 13. *Novemb.* 1290. *Art.* 34, 46. *en* 101 (*in de Latyn. overſet.*) & *Art.* 50 *en* 61. *in de Nederd. Amſter. druk van* 1752. *en de* 126 *en* 127. *art. by den Heer* FR. VAN MIERIS *groot Charterboek* 1 *deel pag.* 522. blykt, datter reeds in zeer vroegere tyden boeten waren geſteld, op het vangen en vernielen van 't Wild, het dooden van Haazen, Konynen, Patryzen, en het wegneemen van Zwaanen en derzelver eyeren, zonder des Graven en Heeren verlof. —— Ondertuſſchen zyn de wetten en Placcaten zoo in voorgaande als latere tyden in de geſteldheeden der byſondere Provincien daar omtrent zoo verſchillende geweeſt, en verſchillen als nog zoo zeer, datter geen ander gevolg uyt kan getrocken worden, dan dat de *Jacht* aleer als een *Regaal* is aangemerkt. ſunt verba ampl. S. H. VAN IDSINGA *Staatsregt der vereenigde Nederlanden I. deel* 2. *verd.* 7. *hoofdſt. pag.* 211.

ratio peti poteſt ex multis *Placitis Ordinum Hollandiae vol.* 1. *Placit. Holl. a pag.* 1315. *ad* 1430. *vol.* 2. *pag.* 2887. & *vol.* 3. *a pag.* 608. *ad* 628. & *paſſim*, quorum catalogum exhibet cit. MERULA *in zyn tract. van de Wilderniſſe ubivis.* Celſiſſimus Arauſionenſis Princeps 3. Auguſti 1750. rei Venaticae pleniſſimè proſpexit, & ſuo noviſſimo edicto praecedentia Ordinum Placita confirmavit & ampliavit.

§. X.

Unde Principi hoc venandi jus conpetat.

Sed antequam pergam in ulteriore examine eorum, quae hic in Hollandia circa Venationem obtinent, haud incongruum erit inquirere, undenam illi, penes quem eſt ſumma poteſtas, conpetat jus Venationem ſibi ſoli vindicandi, atque alios ab ea excludendi; facile mihi B. L. hanc παρέκβασιν ignoſcet, de utilitate ejus quaeſtionis perſuaſus.

A multis itaque in dubium vocatur, utrum Principes jure ſuo ſubditis venationibus interdicere queant, eo quod, ut antea demonſtravimus, Jure Naturali unicuique liceat venari, quod & confirmat §. 11. *Inſt. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* & §. 1. *Inſt. de Jur. Perſ.* Alii id ἀδιαφόρως Principi tribuunt, eo quod Venatio, Aucupium & ſimilia ſint quidem Juris Naturalis permiſſivi, non vero poſitivi; non enim ſunt imperata a Natura, ſed ſic comparata, ut arbitrium ſervandi & mutandi hominibus ſit relictum, uti obſervat *Doctiſſimus* GRONOVIUS *in Nota* 15. *ad Grotium de Jur. Bell.*

ac

ac Pac. lib. 2. *cap.* 8. §. 5. add. *Lex 6. de Juſt. & Jur.*

Nonnullis tamen, quaſi medium inter utrumque inveniſſent, placuit, jura venandi a Principe limitari quidem poſſe, adhibita tamen moderatione loci, temporis & perſonarum, de quibus vid. FACHIN. *lib.* 1. *controv. cap.* 1. & S. VAN LEEUWEN *Cenſ. for. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 9. confer. PUFFEND. *de Jur. Nat. & Gent. lib.* 4. *cap.* 6.

Quod itaque ad hanc rem pertinet, veram & genuinam cauſam eruendam eſſe cenſeo, vel exinde, quod Principis ſit curare, ne quid Reſpublica detrimenti capiat, quod certe eveniret, ſi ſingulis, nullo habito delectu, Venatio concederetur, tunc enim cives a negotiis, Agricolae ab agris, Venationis ergo nonnunquam avocarentur, ſicque otioſo hoc vitae genere magnum Reipublicae detrimentum adferretur; vel rationem deducere poſſumus, partim ex ipſorum Principum poteſtate, partim ex ipſarum Gentium conſenſu, quas venandi jura in compenſationem curarum & adminiſtrationis Reipublicae in manus Principis ultra reſignaſſe credibile eſt; cauſae etenim nihil video, cur inter homines ita convenire non potuerit, ut iis in rebus, quae nondum occupatae & adhuc communes erant, communio illa ceſſaret, ac proinde res ejusmodi cederent ei, quem univerſitas hoc beneficio beare vellet. Quid hoc aliud erat, quam favori pro ſe introducto renuntiare, quod nuſpiam prohibitum ſecundum vulgatiſſimum Juris axioma, quod exſtat in *Lege Pen. Cod. de Pact.*

& *in Nov.* 136. *cap.* 1. Quod ſi populus poſſit jus ſe regendi alienare, uti late demonſtravit GROTIUS *de Jure Bell. ac Pac. lib.* 1. *cap.* 3. §. 8. ſane multo magis poteſt jus in ſingulas res alteri cedere: accedit, ut cum Theuderico Gothorum Rege, apud CASSIODORUM IV. 34. loquar, *quod non ſit cupiditas poſſidere, quae nullus ſe dominus ingemiſcat amiſiſſe*, quia ſine damno perdit, qui propria non amittit. confer. GROTIUS *de Jur. Bel. & Pac. lib.* 2. *cap.* 1. Unde Germaniae populi theſauros & alia ἀδέσποτα addixerunt Principi, atque id nunc commune eſt, ac quaſi Jus Gentium, nam & in Germania, & Gallia, & Anglia, & Hiſpania, & in Dania id obſervatur. Vid. *Speculum Saxonicum cap.* 35. & *Conſtitutiones* FRIDERICI *in Sicilia lib.* 1. *tit.* 58. & 103. & apud LINDENBROGIUM (idem Gothis mos, ut ex CASSIODORO patet).

§. XI.

Venatio ad Regalia pertinet.

Hiſce poſitis, ultro ſeſe offert celebris illa quaeſtio, Venatione ad *Regalia* pertineat, an vero ſecus. Mirum in modum ſententiarum divortiis digladiantur D. D. ita ut *Comici Terentii* illud obtineat

Quot homines tot ſententiae, in ſuum cuique mos.

in *Phormione Act.* 2. *Sc.* 3. Sunt Juris Interpretes, qui Venationem ex numero regalium remo-

removerunt penitus, ut *Decius*, *Tiraquellus*, *Weſenbecius*, *Bocerus*, *Vultejus* aliique. Dantur alii, qui contenderint ſummo opere eam non ſpectare ad *Regalia majora*; alii qui doceant, quod Venatio nequidem ad *minuſcula Regalia* pertineat, quod ad jus commune, ſed tantum ex generali ferme totius Germaniae conſuetudine. Vid. SIXTINUS *de Regal. lib.* 2. *cap.* 18. *n.* 31. & 44. Illi, qui Venationem ad Regalia referre timent, haeſitationis ſuae hanc adducunt cauſam, quod 2. *Feud.* 56. nullum inter Regalia habeat locum, ſed haec quidem ratio valde infirmo nititur talo, quum *loc. cit.* non omnia enarrentur Regalia; ſed tantum ea, quae Frederico Babaroſſae ab Italis reſtituta erant, ut ex Gunthero, Abbate Uſpergenſi & Radevico monet CUJAC. *ad Cap. Unic. quae ſunt Regalia tom.* 3. *pag. mihi* 744. Putem ego Regalia commode in tres claſſes poſſe dividi, ex qua diviſione ſtatim res, ſaltem quod ad Venationem extra omnem dubitationis aleam ponetur.

Dividi poſſe cenſeam itaque Regalia.

Primo in *Eſſentialia* ſeu *Maxima*.

Deinde in *Majora*.

Poſtremo in *Minora* ſeu *Accidentalia*.

Eſſentialia ſeu *Maxima* ſunt, quae adeo Principi ſummo inhaerent, ut ſalva ejus Majeſtate ab eo avelli non poſſint, quippe ei in ſignum ſupremae Poteſtatis ad Reipublicae dignitatem & utilitatem inſtituendam competentia: huc refero *Jus Belli ac Pacis*, *Fœderis*, *Legationis*, *jus Fiſci*, *jurisdictionem ſummam in cauſis civilibus ac criminalibus*, *jus Magiſtra-*

giſtratus & judicia conſtituendi, comitia indicendi; jus ſupremum circa religionem id eſt cultum Dei publicum & ceremonias, antiſtites ordinandi peregrinamque admittendi (*k*), ita tamen ut nullius conſcientiae vis inferatur (*l*), *jus admittendi extraneos & Judaeos* (*m*), *jus ſubditos alibi degentes evocandi* (*n*), *nundinas ordinandi, univerſitates & Academias condendi, ſtatuta & conſuetudines Opificiorum confirmandi, circa connubia jure divino diſerte non prohibita diſpenſandi* (*o*), *privilegia, azula & veniam delicti concedendi, dignitatibus alios ornandi* (*p*), *rerum propriarum uſum*

(*k*) v. BYNKERSHOEK opuſculum de *cultu religionis peregrinae.*

(*l*) Conſule JCti ſummi GERARDI NOODT Diſſertationem egregiam *de Religione ab Imperio Jure Gentium libera.* & *Hollantſche Conſultat.* 3. *deel.* 2. *ſtuk. pag.* 614. *cum ſeqq.*

(*m*) v. J. H. JUNGII, quem honoris cauſa nomino, *tract. jur. publ. de jure recipiendi Judaeos cum generatim tum ſpeciatim in terris Brunsvico-Lunenburgicis. Gottingae Ao.* 1741. *in* 4to. V. *reſol.* 12. *Jul.* 1657. *in de reſolutien van conſideratie ten tyde van den Heer Johan de Wit genomen p. m.* 372. & ampl. van BYNKERSHOEK *in quaeſt. jur. publ. lib.* 2. *cap.* 20. *pag. m.* 337. nec non J. WAGENAAR *Vaderl. Hiſt.* 8. *deel, pag.* 61. *v.* 17.

(*n*) Quicquid hujus argumenti eſt, data opera excuſſit amicus meus DIONYSIUS ARMAND in Diſſertatione ſua inaugurali *de in jus vocando* & *potiſſimum de jure Brabantis conceſſo de non evocando ex aurea Bulla Caroli IV. Imp. habita Lugd. Batav. ad d.* 6. *Julii* 1759.

(*o*) Vid. GEORG. HENR. AYRERI comment. de hoc argumento Gottingae 1742.

(*p*) Inſignis hanc in rem exſtat Charta a. 1251. apud

uſum vel limitandi vel prohibendi (*q*), *jus ſubdito quaeſitum in rem mobilem vel immobilem tempore neceſſitatis auferendi* (*r*), *jus feuda conſtituendi* (*s*).

Regalia Majora dico, quae quidem in pluribus Europae regionibus ſupremo rerum Domino ſive territorii Principi competunt; ita tamen comparata ſunt, ut vel conſuetudine, vel pacto, vel praeſcriptione a ſubdito acquiri & legitime poſſideri queant, puta *Jus Vectigalium*, *Jus cudendi monetam*, *occupandi bona vacantia*, *Jus ſilvarum*, *fluminum*, *viarum*, *curſus publici*, *angariarum* (*t*) & *parangariarum*, *legitimandi ſpurios*, *creandi Notarios* (*u*), *veniam aetatis concedendi*, reliqua.

Re-

apud FR. VAN MIERIS *groot Charterboek tom.* 1. *pag.* 261 & 262.

(*q*) Diverſa hac de re exſtant placita.

(*r*) Vid. Ampl. VAN BYNKERSH. *in quaeſt. jur. publ. lib.* 2. *cap.* 15.

(*s*) V. P. BORT *tract. de Feudis art.* 3. *cap.* 2. & NEOSTADIUS *de Feudi Holl. ſucceſſione cap. ult.* §. 36.

(*t*) Vid. DU FRESNE in Gloſſario hisce vocibus, FABRI Theſaurus voce ANGARIA. BRISSONIUS *de Verb. ſignif.* idem *de Regno Perſ. pag.* 147. CALVINUS *Lexicon Jurid. ad memor. vocab.* WESENBECIUS *part.* 1. *conſ.* 46. *n.* 8. GROTIUS *de Jure Belli ac Pacis lib.* 1. *cap.* 2. §. 8. *n.* 5. *ibique* GRONOVIUS *in not.* 3. R. PALUDANI amici mei *Diſſert. Inaug. ad* §. 2. *part.* 4. *lib.* 1. GROTII *Introd. ad Jus Holl. habita Anno* 1759. *pag.* 31. & alios ibi citatos.

(*u*) Vid. P. BORT *van hoge en lage Ambagtsheerlykheden &c. part.* 2. *n.* 16.

Regalium Minorum, *ſeu Accidentalium* nomine complector ea jura, quae aeque a Principe, quam a ſubdito adquiri & poſſideri poſſunt, & reſpectu Imperii ſummi opes potius, quam Regalia vocanda videntur, Ex gr. *jus venandi*, *piſcandi*, *jus habendi theſauros inventos*, *metalli fodinas*, *ſalinas* & reliqua ſine quibus majeſtas ſalva eſſe poteſt (*v*). Licet omnis aetas abundaverit levibus & diuturna ſervitute ad nimiam aſſentationem eruditis Gnathonibus, & ut cum ARISTOTELE loquar, *Natura ſervis* (*w*), qui haec & alia innumera Principi vindicarunt, illorum haud dubie ſimiles, qui Domitiani aevo omnes quocumque loco captos piſces ex ejus vivariis elapſos eſſe, adeoque ad veterem dominum reverti debere, adfirmabant, quos ideo JUVENALIS multo ſale defricat, & *Sat.* 4. *vs.* 48 & *ſeqq.* deridendos propinat.

—— Diſperſi protinus algae
Inquiſitores agerent cum remige nudo
Non dubitaturi fugitivum dicere piſcem
Depaſtumque diu vivaria Caeſaris, inde
Elapſum, veterem ad Dominum debere reverti.
Si quid Palfurio, ſi credimus Armillato

Quid-

(*v*) Quidquid hujus argumenti eſt, data opera exeuſſit JO. HENR. JUNGIUS *in lib. Sing. de Jure Salinarum tum veteri tum hodierno. Gotting.* 1743. conf. CUJACIUS *lib.* 3. *Obſervat.* 31.

(*w*) *De hominibus natura ſervis* & *loco Ariſtotelis* erudita exſtat DAN. HEINSII ad GEORG. RICHTERUM epiſtola inſerta JANI RUTGERSII *Var. Lection. lib.* 4. *cap.* 3. *pag.* 318–337.

Quidquid conſpicuum pulchrumque ex aequore toto eſt
Res fiſci eſt ubicumque natet (*x*).

Quandoquidem vero tota de Regalibus materia adeo multis involuta manet difficultatibus, quod ab una regione ad alteram minus tuto fiat illatio; optime ſane illi faciunt, qui omnia haec ex ſingularum regionum natura ac moribus definiunt.

§. XII.

Etiam per legitimam praeſcriptionem Principi hoc venandi jus acquiri poteſt. Nam Princeps, uti quilibet alius, poterit praeſcriptione acquirere (imo quod plus eſt inter duos Reges vel Principes obtinere praeſcriptionem, quidquid contra clamitent alii, demonſtravit *Delphicum noſtrum Oraculum de Jure Belli ac Pacis* Etiam per legitimam praeſcriptionem Principi hoc venandi jus acquiri poteſt.

(*x*) Contra ea veriſſimis pariter ac juſtiſſimis laudibus celebratur Trajani Imp. abſtinentia a PLINIO *in Panegyr. cap.* 50. cujus verba, quum manifeſto in furioſum illum Domitianum vibrata ſint, non poſſum non ſubjicere; *Quae habemus*, inquit, *ipſi quam propria, quam noſtra ſunt! Non enim exturbatis prioribus Dominis, omne ſtagnum, omnem lacum, omnem etiam ſaltum immenſa poſſeſſione circumvenis: nec unius oculis flumina, fontes, maria deſerviunt. Eſt, quod Caeſar non ſuum videat; tandemque imperium Principis, quam patrimonium majus eſt.* adde AUGUSTINI LYSERI *Meditationes de aſſentationibus Jure conſultorum cap.* 3. *ſect.* 2. §. 24. *Hag. Com.* 1741. & J. H. JUNGII JCti eximii VERCONIUS THURINUS *ſive de poena fumi apud Veteres.*

cis lib. 2. *cap.* 4.) Vid. THUANUM *Hiſt. lib.* 59. ad Annum 1575. Ubi *Ludovicus Gonzaga* in ſcripto coram Rege recitato ait, *nec vero Principes ſi rogentur, quo titulo tot Provincias poſſideant, quod reſpondeant habere, quam eas ita a parentibus accepiſſe.* Nam ſi Rex per tempus, quod memoriam ſuperet, hoc jus exercuerit, atque ab eo alios arcuerit, populi conſenſus ex ſcientia & ſilentio facile praeſumitur. Sic CONRINGIUS *de Rep. Antiq. Vet. Germ. tom.* 1. *pag.* 15. adfirmat, Venationem per mille, & quod excurrit, annos inter Regalia numerari coepiſſe. Sic in *Diplomate Ottonis* I. *Anni* 953. legitur: *Omnem videlicet Piſcationem* (quae ſpecies eſt Venationis) *quam in Almere ad noſtram regalitatem habuimus pertinentem jure perenni, illuc relaxavimus.* Vid. HEDA *in hiſt. Ultraj. pag.* 86 & 87. Conf. FR. VAN MIERIS *Groot Charterboek I. deel, pag.* 44. Verum haec omnia intelligenda ſunt de iis, quae ad populi patrimonium pertinent, non autem de privato Principum patrimonio, a rebus Principatus diſtincto, quod inſtar bonorum privatorum eſt; Vid. FABER *lib.* 7. *C. tit.* 12. *def.* 1.

§. XIII.

Quibus in Hollandia venandi jus competat.

Verum illuc, unde abii, redeo: ſecundum varia itaque Praepotentiſſimorum placita, nec non noviſſimum Celſiſſimi Arauſionenſis Principis Edictum 1750. jus venandi in Hollandia habent Praefecti, urbium Magiſtratus, & Delegati ad Ordinum Collegia, Nobiles, eorum-

rumque legitimi liberi; Collegiorum Miniſtri, uti Secretarii, & Syndici; nec non (de Commiſen van haar Edele Groot Mogende ten Comptoire van den Raad Penſionaris in der tyd); Praeſides & Senatores utriusque Curiae; Graphiarii, Advocatus Fiſcalis & Procurator Generalis; duo Primarii Viatores (de twee eerſte Deurwaarders van beide de Raadkamers) Aggerum Praefecti, eorumque Adſeſſores, & pauci alii. Vid. *Placitorum Hollandiae vol.* 1. *pag.* 1381. *Placit. van den* 25. *Jan.* 1716. *art.* 2. *van den* 30. *Juny* 1604. *van den* 16. *Juny* 1655. Vid. *reſol. van Holland van den* 22. *Nov.* 1670. en *van den* 13. *Oct.* 1702. Confer. *Everard. a Zurck in Cod. Bat.* voce *Wilderniſſe art.* 5, 6. *& ſeqq.* Nec non memoratum *Placitum van den* 3. *Aug.* 1750. *art.* 2. Omnibus his dudum licuit Venatio, non tantum in propria perſona, ſed & per venatorem domeſticum, per hunc autem non niſi cuniculos & hoc quidem ſolummodo cum uno jugo canum, id eſt cum tribus canibus vertagis & duobus canibus cubitoribus, aut cum quatuor vertagis & uno cubitore. Nec ulli licet in Hollandia venari cum ſclopeto, ſed tantum feras cum canibus & volatilia cum falconibus, vulgo *Hair met hair*, *en veer met veer* & hoc quidem non ſaepius quam bis per hebdomadem. Reliqui, quibus hoc non ita ſpecialiter permiſſum eſt, prohibentur. Sed hic dubitari poſſet, an non illi, qui titulis Comitum, Baronum, Nobilium, Equitum, ab exteris Regibus aut Principibus inſtructi ſunt, hic in Hollandia jus venandi habeant? quod

negandum videtur, ſi non ex alio jus venandi ipſis competat. Vid. *Placitorum Hollandiae vol.* 3. *pag.* 608. Conf. VOET. *ad tit. D. de acq. rer. dom. n.* 6. & VAN ZURCK *in Cod. Bat. loc. cit.* §. 8. qui allegat *een Reſolutie van Holland van den* 11. *Dec.* 1666. circa perſonam van Jacob Weſterbaan Ridder van St. Michiel: ipſa Reſolutio ſic ſeſe habet: *Reſolutie van de Staaten van Holland en Weſt-Friesland nopende de qualificatie van de Ridderſchap, van uytheemſche verkreegen, niet te reſpecteeren.* Unde ὡς ἐν παρόδῳ noto, quod exteris Nobilibus hic in Hollandia forſitan jus Nobilitatis minime competat; quod & liquere poteſt ex Charta anni 1422. apud Eruditiſſimum F. VAN MIERIS *Groot Charterboek* 4. *deel pag.* 629. cujus argumentum ſequens eſt. —— *Hertog Jan van Beyeren gebied zyne beampten in Holland de brieven van Edelmaaking door ſommige Roomſch-Koningen of Keyſers aan gemeene Huyslieden gegeeven, niet te erkennen; tenzy die door hem bekragtigt waren:* quod & jam obſervavit J. C. SCHULTZ *in tract. jurid. ad L.* 3. *C. de commerc. & mercat.* §. 30. *pag.* 71. ubi ait „ Belgica nobilitas, nulli mortalium virtute „ & fortitudine cedens, iisdem cum Germa„ nis conſanguineis ſuis juribus & privilegiis „ gaudebat. Immo tam religioſe olim avitum „ illud nobilitatis decus apud Comites Hol„ landiae fuit cuſtoditum, ut quum ditiores „ quaedam familiae diplomaticam nobilitatem „ a Rege Romanorum impetraſſent, Comes „ Hollandiae Ordinesque prohibuerint ejus„ modi privilegia ementita rata habere, multo „ mi-

„ minus novos illos nobiles ad jus ſuffragan-
„ di admittere, jubentes, ut in ſtatu civico
„ vel ruſtico permanerent, *Handveſt van Jan*
„ *van Beyeren* 27. *April* 1422. S. VAN LEEU-
„ WEN *tract van Ed. en Welgeb. Mannen cap.*
„ 12 *n.* 3. *pag.* 14. Sic & dignitates tituli-
„ que honorum ab extraneis Regibus in No-
„ ſtrates collati, nihil praerogativae tribuunt
„ illis ad Magiſtratus, Comitia, Jura ſuffra-
„ gandi, Venationem &c. exemplum eſt
„ notiſſimum in Weſterbanio Equite St. Mi-
„ chaëlis in *Reſol. Holl.* 1666. 11. *Decemb.*
„ Idemque juris eſt in vicina Brabantia ANSELMUS *in Cod. voce Titels* §. 5. quum ita-
„ que nobilitas in Belgio foederato tam an-
„ tiqua, tam glorioſa ſit quam apud vicinos o-
„ mnes, ut jure Hollandi in *Manifeſto ſuo* 16.
„ *Octobr.* 1587. docent (*placit. Holl. vol.* 1.
„ *pag.* 39 *ſeqq.*) Majorum etiam virtute ita
„ animata, ut poſteri ipſi virtuti & gloriae
„ operam darent, quid mirum continuo & il-
„ lam abſtinuiſſe ab artibus mechanicis, vi-
„ liſſimaeque vitae genere. Interim quum ſae-
„ pius acciderit, ut familiæ etiam potentio-
„ res bellis civilibus & partium ſtudiis ad inci-
„ tas fuerint redactae, ita ut ad quaevis vi-
„ liſſima opera redire coacti fuerint poſteri,
„ quaeſitum fuit, num nobilitas per ejusmo-
„ di artes mechanicas amittatur, iterumque
„ num de novo ceſſante vili miniſterio inſtau-
„ rari poſſit" hactenus SCHULTZIUS. conf. & ampl. VAN BYNKERSHOEK *quaeſt. jur. privat. lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 5. *cum ſeqq.* Sed CELSISSIMUS ARAUSIONENSIS PRINCEPS *in Placito*

van

van 't Jaar 1750. edixit, ut, ſi quis poſſet probare, ſuos Majores, vel praedeceſſores in officio, ab anno 1572. ſine contradictione fuiſſe venatos, haberet jus venandi, licet alium titulum edere nequiret. Vid. *dict. Placit. Art.* 4. Caeteroquin non poteſt ſaltuum praefectus alicui jus venandi concedere, ſed impetrandum eſt ab ipſo Principe, en de Acte van Conſent eſt inſinuanda apud ipſum ſaltuum Praefectum. Vid. *d. Placit. art.* 5 & 6. Perſonae non qualificatae non poſſunt canes Venaticos alere *art.* 7. praeterea non licet venari quovis anni tempore, ſed cuniculorum Venationem a 25. *Julii*, leporum vero a primo *Septembris* usque ad ultimum *Novembris* exercere licet, non ante aut poſt ſub pœna 20. ponderum, & inſuper aliorum 20. ponderum pro lepore & 10. ponderum pro cuniculo capto; nec licet lepores venari ante ſolis ortum vel poſt ejus occaſum *art.* 8. Prohibetur porro, ne Venatio exerceatur diebus Dominicis. *Art.* 8. *in fine*. Item prohibita eſt venatio per nivem aut glaciem ſub pœna 10 ponderum & ſuſpenſionis a Venatione, non tantum in perſona, ſed & per Venatorem, in 4 annos; qui vero contra ſuſpenſionem venatus fuerit, 50. florenorum pœna condemnatur; nec permisſum eſt cum canibus aliorum, nec plures ſimul, ſed ſi plures ſimul venentur, unum tantum canium jugum conferre licebit. Ulterius Perſonae qualificatae, ſi exerceant aliquod artificium Mechanicum, vel ſi lucri cauſa animalia vendant, cadunt ſuo jure. *art.* 10. Is porro, qui probatur leporem fuſte aut lapide

pide interfeciſſe, mulctatur quinque florenis. *art.* 11. Singuli qualificati debent ſeparatim venari, nec licet ipſis jungere canes; neque per alios, quam per famulum (haaren dagelykſche gebrooden en Ordinaris Lyfdienaar) venari. Vid. *art.* 2. *art.* 17. Qualificati ſecum tantum ducere poſſunt duas perſonas non qualificatas. *art.* 18. Cuique prohibitum eſt Venationem exercere prope ditionem Teilenſem (*'t Huys te Teilingen*) ſub poena pecuniaria & ſub privatione Juris Venandi per integrum quadriennium *Art.* 33.

Idem procedit circa territorium Leeuwenhorſtienſe *art.* 34. Inſuper intra ſpatium 250 perticarum abſtinendum eſt van de Riddermaatige Hofſteeden illorum, qui Ordine Equeſtri adſcripti ſunt; ſi enim talis Nobilis nolit hoc privilegio gaudere habet electionem, num malit ſclopeto per totam ſuam jurisdictionem venari. Vid. *art.* 35. & 36. Alia huc pertinentia ex ipſo Edicto colligi poſſunt; hoc autem Edictum confirmatum eſt, & nonnulla huc ſpectantia ſunt addita *in de Publicatie van Haare Koninglyke Hoogheyd, &c. &c. &c. in dato* 17. *Juny* 1757. Circa Piſcationem etiam exſtat Placitum Ordinum Hollandiae Anni 1709. ex quo multa circa hanc rem peti poſſunt. conf. hic perpetuo quod ad perſonas qualificatas MERULAM *lib.* 1. *tit.* 2. *cap.* 1. *pag.* 38. quod ad nemora & ſilvas hic in Hollandia, *pag.* 48. 50. 51. 178. 182. 184. Circa Nemus Haganum exſtat une Ordonnance ſur le bois & foreſt de la Haye de Philippe Duc de Bourgoigne, quod Edictum

duo

duodecies renovatum; Cura hujus Nemoris olim demandata fuit aan den Rentmeeſter van Noord-Holland, ut patet ex *Sentence touchant L'office du Rent-maiſtre de Nord-Hollande au bois de la Haye du* 20. *Octobre* 1462. nec non aliis perſonis ſummae dignitatis & auctoritatis, uti liquet uyt de commiſſie op Heer Jacob Catz Raad, als bewaarder van het Boſch in den Hage van den 28. Maart 1449. Et par une ſentence pour Meſſier Floris Oom van Wyngaarde Chevallier Sieur d'Iſſelmonde Garde du Bois de la Haye du 31. Aout 1525. circa caricis plantationem, qui eſt herba acuta & duriſſima *aſparago* vel *ſparto* ſimilis. Vid. SERVIUS *ad Virg. Ecl.* 3. & PLINIUS *Hiſt. Nat. lib.* 2. *cap.* 8. (*y*) multa promulgata ſunt placita. Ex. Gr. 14. Martii 1510. 31. Octobris 1515. 3. Auguſti. 10. & ult. Septembris 1521.

(*y*) De hac herba ita VIRG. *Georg. lib. V.* 230. *& ſeqq.*

Ergo omnis cura vires exercet & inter
Dura jacet pernix in ſtrato ſaxa cubili,
Frondibus hirſutis & & carice paſtus acuta.

Vid. COLUMELLAM *lib.* 11. *rer. ruſtic.* Inde deſcendit carectum pro loco carice obtecto; unde illud VIRGILII.

Tytire coge pecus tu poſt carecta latebas.

Rei Herbariae Studioſi vocant eam herbam Juncum acutum, marem, ſterilem, Graeci ὀξὺν. vid. PLIN. 21. 18.

1521. & noviſſime in Placito van den 3. Auguſtus 1750. *art.* 53. conf. Merula paſſim, & praecipue *lib.* 1. *tit.* 4. *cap.* 2. ex quo ſimul diſces, quod nemora & arenarea elocare fuerint ſoliti. Quid autem in vicinis Regionibus obtineat, obiter notemus. In Gelriae Ducatu viget *placitum* ab Illuſtr. Gubernatore W. C. H. Frisone piae memoriae Principe editum d. 22. Septemb. 1750. niſi quod in illo per *ampliat.* d. 22. Julii 1751. aliquid eſt mutatum, quod late excutit Balthazar Elias Abbema *in diſſertat. ſua inaugur. de Jure Venationis & Conciliis Venaticis in Belgio habita ad* 10. *Auguſt.* 1758. *Trajeƈt. ad Rhen. ibi cap.* 2. §. 1. *pag.* 6 — 10.

In Zelandiae Comitatu jus Venationis (ſicuti pleraque jura) cum jure Holl. in plerisque convenit. vid. ordin. d. 22.Jun. 1675. & diƈtus Abbema §. 3.

Quid in Dioeceſi Trajeƈtina juris obtineat, peti poteſt ex iis, quae habet laudatus Abbema *cap.* 2. §. 4. *pag.* 15. *cum ſeqq.* conf. *novam ordinat. d.* 18. *Sept.* 1750. & *ampliat. d. Ordin. d.* 8. *Aug.* 1753. nec non ex aliis, quæ occurrunt in Placitis *Ordd. Trajeƈt.* hunc in finem latis. vid. *tom.* 2. *d. Placit. Traj pag.* 380. *cum ſeqq.* item *de tegenwoordige ſtaat van Utrecht.* porro

Praeter omnes, ſeu nobilitate ſeu muneribus ad Venationem privilegiatos, Sereniſſimo Gubernatori jus eſt unicuique Venationem in Dioeceſi Trajeƈtina concedere cum aut ſine Venatore, prout libuerit in *Ordinat. Venatoria* d. 25. Mart. 1680. correƈta per novam *reſol.*

d.

d. 5. *Sept.* 1683. & *ampliat. d. reſol.* 17. *Aug.* 1698.

In Friſia obtinet *ord. d.* 15. *Jan.* 1750. quam memoratus Abbema *d. l.* §. 5. exhibet atque illuſtrat. Hoc in Friſia ſingulare eſt ab aliis Provinciis (uti ex *art.* 30. *d. ord.* obſervat Abbema) quod unicuique liceat volatilia manſueta ex. gr. columbas, ſclopeto necare in propriis fundis, ſi meſſi vel fructibus damnum dederint: domino tamen volatilium competit inter 24. horas vindicatio eorum, ſi ſolverit damnum datum, ad moderationem & aeſtimationem judicis pagani. Ibidem & adhuc ſingulare eſt, quod Venatio qualificatis pateat a d. 1. Octobris ad ult. Jan. qui ante aut poſt venatus fuerit, praeter confiſcationem captae Venationis, retium, caniumque, poenam ſolvet 15. aureorum; praeterea quod quaternus annus venationi ſit prohibitus in terra limoſa (de kleylanden).

Quibus in Ditione Trans-Iſalaniae venatio competat, & de tempore venationis conſule *ordinat. ordin. Trans Iſul. d.* 11. *April* 1748. Singulare aliquid in ſola Trans-Iſalania occurrit, quod in omnibus aliis Provinciis vetitum, nempe quod qualificatis liceat per nivem aut glaciem venari, adhibita tamen reſtrictione, ne quis ultra duos lepores capiat, ſub poena 15. florenorum pro unoquoque lepore capto. V. memoratus Abbema *d. l.* §. 6.

In Groninga ditione viget ordin. a Regia Principe Sereniſſ. Gubernatoris Tutrice, fatis functa 2. Auguſt. 1751. venatio ibi patet privile-

vilegiatis a. d. 15. Septembr. ad d. ult. Decemb.

Quum autem in omnibus illis Regionibus venationis jus ferme idem ſit ac in Hollandia, & doctiſſimus ABBEMA l. c. haec latius perſcrutatus fuerit, ad eum, ne actum agam, L. B. ablego.

§. XIV.

Quas feras capere licet.

In Venatione ferarum quadrupedum hic in Hollandia diſtingui ſolet inter *Groſ-wild* & *Klyn-wild*. Inter *Groſ-wild* numerantur Apri, Cervi, Cervae, Reeden, Deynen. Ne apros aut cervos quisquam capiat, (eo excepto, quod Baronibus capere liceat door den geſwooren wildſchut van de Graafelykheid unum cervum quotannis) cautum eſt *Placitis Ordinum vol.* 1. *pag.* 1344. *art.* 31. & *vol.* 3. *pag.* 618. *art.* 33. Vid. & *Placitum van den* 26. *Dec.* 1517. *art.* 19. en *van den* 12. *Febr.* 1561. *art.* 7. quod etiam teſtantur HUGO GROTIUS *Inleyd. tot de Holl. Regts-geleerdh.* 2. *deel.* 4. *hoofdſt.* & ZYPAEUS *not. jur. belg. de venat. ferarum*, nec non MERULA *tract. van de Wilderniſſe lib.* 1. *tit.* 2. ubi ait, dat Baenderheeren van den *Prince te leen houden* (z) alle jaare een herte te mogen vangen, leeſt men in de Ordonnantien. vid. cir-

(z) Feudum cervi etiam inveni in notabili Charta van den 5. July 1314. apud *Eruditiſſimum* F. VAN MIERIS *Groot Charterboek* 2. *deel pag.* 143. cujus argumentum eſt, *De Graaf geefd aan Ghyſebregt Heere van Yſſelſtyn en zyne Nacomelingen alle jaaren* een

circa ea, quae ſpectant het Grof-wild, S. VAN LEEUWEN *R. H. R.* 2. *boek*. 3. *deel*. *n*. 3. & cit. MERULAM *pag*. 64. Vid. & *Placit. anni* 1750. *art*. 37. Circa *Klyn-wild*, uti ſunt Lepores, Cuniculi &c. cautum, ne quis laqueis lepores vel perdices capiat. *Placit. Holl. vol*. 3. *pag*. 619. *art*. 43. & *pag*. 624. *in fine*. neve aliis plurimis modis abutantur jure ſuo in perdicibus & leporibus capiendis, qui jus venandi habent. *vol*. 1. *pag*. 1362. & 1366. & *ſeqq*. nec non *Placitum anni* 1750. *art*. 20. Ne quis utatur ad capiendos cuniculos canibus venaticis, quos appellant *Tuymelaars*, paucis perſonis exceptis. Vid. *Placit. Holl. vol*. 1. *pag*. 1380. & *vol*. 3. *pag*. 616. & ſupra *memoratum Edictum art*. 19. Porro *hoe Duynmeiers geen haas of patrys mogen jaagen en den anderen niet hinderlyk moeten zyn*. Vid. *Placit. anni* 1684. *art*. 24. & *anni* 1750. *art*. 23, 24, 26. & 31. Etiam, *dat die het weyſpel van Quartels hanteeren, geen honden in het veld mogen brengen*. zie *Placc. van* 1684. *art*. 20. ook *Placc. dat men in het Boſch van Zeevenhuyſen niet zal mogen rooven enige Rygers, Quaex, Putvoren, Leepelaars enz. van den* 28. *December* 1554. *in 't repertorium van de Placcaaten pag*. 77. *Column*. 1. vid. & *placitum anni* 1750. *art*. 21. Porro *dat ter obſervantie van het*

een hart uyt den Houten van Haerlem TEN REGTEN LEENEN. confer. *Reſol. van de Staaten van Holland* 18. *April* 1606. Ubi *het Pluymgraaſſchap van Weſtfriesland, van Texel, Wieringe enz.* datur *ten onverſterfelyke leenen aan den Heeren van Schagen.*

het voorſchreven, *ongequalificeerde geen honden ter jagt bekwaam mogen houden*, *en moeten ſpiljoenen zelvs gepoot worden aan ééne voet of een blok om den hals hebben van Ligtmis tot St. Jacob.* Vid. *van Zurck in Cod. Bat.* voce *Wilderniſſe*, & *memoratum Placitum art.* 38. 41 & 42.

Non ingratum, ni fallor, L. B. erit, quum hic diſquiram circa quas feras beſtias, quadrupedes, Venatio hiſce in regionibus ſit licita, ut etiam de aucupio veluti per tranſennam diſpiciam.

Aucupium jam a longo tempore non unicuique pro lubitu fuit licitum, praeſertim circa Aves nobiles, quae ad Comitem pertinuerunt, uti patere poteſt ex *Edicto quodam* Ducis Alberti *van den* 9. *May.* 1414. in quo Dux Albertus inperat Wouter de Wilde alle zyne fyſanten, putooren en patryſen te vergaaderen tot behoef zyner herberge, ut ex charta poſtea in fine alleganda apparebit.

Circa aucupium itaque obſervandum, quod volucres hodie non amplius indiſtincte fiant occupantium, ſed ſi quis ea animantia fortuito ceperit, reſtituenda ſunt ſaltuum Praefecto, juſtum pro iis praemium exhibituro. Vid. Grotius *Inleyd.* 2. *boek* 2. *deel.* haec tamen non pertinent ad aviculas vulgares, quas laqueis & retibus occupare licet, quatenus id fiat ſine alterius detrimento, non tamen ſemper & ἀδιαφόρως. Vid. *Placit. anni* 1750. *ab art.* 45. *ad* 51. Non ſine ratione excepimus aves vulgares, nam in plurimis Ordinum Edictis & noviſſime in *Articulis memoratis dicti Placiti* prohibetur occupatio avium nobilium, & prae-

cipue Luſciniarum, in fine *art.* 50. Quaenam *aves* inter *nobiles* annumerari debeant, ex determinatione placitorum diſcendum eſt. In ſpecie enumerantur in *quodam Edicto* PRINCIPIS MAURITII *van den* 26. *Novemb.* 1612. *Valken*, *Valktorſſers*, *Geervalken*, *Geertarſſen*, *Blaet en Blaeters.* zie *Groot pl. Boek.* 1. *deel. pag.* 1388. Praeterea in *quodam Edicto* WILHELMI III. *van den* 12. *Maart* 1674. *Corhoenderen en Scholvaers.* Porro in *Edicto* CAROLI INPERATORIS *van den* 26. *Dec.* 1517. *art.* 22. *Kraanen*, *Rygers*, *Quackels*, *Trapganzen en Puthooren*, en in *de Ordonn. van* 1701. (*Groot pl. boek* 5. *deel pag.* 775.) *Perdryſen en Phyſanen*, en in de *Handveſten van Zuydholland pag.* 204. *in fine*, *Valken*, *Tarſſelen*, *Havicken en Sperwers*, & inter has ſunt *Swaanen*, Vid. *Handveſten van Zuydholland pag.* 428. en GERARD VAN LOON *Aloude Regeringswyze van Holland* 5. *deel pag.* 476. etiam *Meirhoenderen*, *Kraanvogels*, *Rotganzen*, *wilde Swaanen.* Vid. *Placit. Holl. vol.* 1. *pag.* 1327. en *Ord. op de Houtveſtery art.* 23. Illas nobiles aves non unicuique venari licet. Vid. GROTIUS *Inleyd.* 2. *boek* 2, *deel.* & GROENEW. *in not.* nec non PAULUS MERULA *tract. van de Wilderniſſe lib.* 3. *tit.* 3. *cap.* 1.

Circa cygnos (quos ſibi Comites vindicaſſe patet ex *Charta van den* 24. *April* 1401. ad calcem adjicienda) habemus ſimiliter varia Placita atque ſtatuta; nemo enim poteſt cygnos alere & in publicis fluminibus habere, niſi id ipſi nominatim ſit conceſſum, quod ſolemus vocare *een Swaanedrift.* Vid. MERULA *pag.* 105.

105. quod etiam in Feudum, imo *tot een onverſterffelyk Erfleen* concedi ſolebat, uti patet ex eleganti *Charta van den* 27 *Sept.* 1430. (apud F. VAN MIERIS *Groot Charterboek* 3. *deel pag.* 986. cujus argumentum ſequens eſt: *De Burggraaf van Leyden geeft den Swaanendrift van Rotterdam tot in Zeevenhuyſen, van Blyswyk, Cralinge, het Oudeland, het Nieuwe Land, in 'sHeeren Dirk Bokels Ambagt, en in Kapellen, aan* WILLEM *Heere te Naaldwyk te leen* (*a*). *Anno* 1708. apud Harlemenſes & *anno* 1724. apud Roterodamenſes conſtitutae ſunt poenae arbitrariae adverſus illos, qui cygnos occupant, vulnerant, turbant, adeo ut parentes conveniantur pro liberis & domini pro famulis; ſimiliter ſpecialibus ſtatutis cautum, *dat zoo wie een Swaan ophaald de zelve moet ophangen in een groote zaal een voet van de Aarde, en de zelve begietende met goede roode tarw tot dat de Swaan bedekt is, welke tarw als dan verklaard word verbeurd te zyn voor den Pluymgraaf.* & ita Curia noſtra judicavit *tusſchen den Heer van Waſſenaar als Pluymgraaf van Rhynland, en Jan Koen van Wyngaarde als bezitter van Kroonenburgh.* Vid. *Placit. Holl. vol.* 4. *pag.* 993 en *Statuten van Friesland lib.* 4. *Tit* 6. junge S. VAN LEEUWEN *R. H. R.* 2. *boek* 3. *deel.* §. 5. nec non *Placitum anni* 1750. *art.* 59 & 60.

Picas, non modo quilibet venari poteſt. *Placc.*

(*a*) Multa in hac Charta ad jus feodale ſpectantia notari poſſent; ſed non ſunt hujus loci.

Placc. van den 12. *Octob.* 1656. Sed etiam ruſtici debent, ut notat EVERH. A ZURCK *in Cod. Bat.* voce *Exters.*

CAPUT TERTIUM

Diſquirit, num hiſce in Regionibus Venandi licentia quidem tanta ſit, ac vulgo praedicatur.

§. I.

Non nimia Venatoribus licentia.

Cave tamen exiſtimes, illi, cui jus Venandi conpetit, tantam eſſe licentiam, ut impune Venationis tempore per privatos fundos, imo, quod durius, tempore meſſium eam inſtituere poſſit; quamvis AGRIPPA *de Vanitate Scientiarum. cap.* 77. hoc pacto queratur, *quae natura libera ſunt animantia*, & *decernente naturae jure occupantium fiunt*, *Nobilium turannides ſibi temerariis interdictis uſurparunt*, *a novalibus ſuis arcentur agricolae*, *ſubtrahuntur praedia ruſticis*, *agri colonis praecluduntur*, *ſilvae & prata paſtoribus ut augeantur paſcua feris in ſagimen & delicias Nobilium*, *quos ſolos hos edere licet*, *de quibus ſi colonus quiſpiam aut agricola guſtavit*, *is Majeſtatis reus factus*, *ſimul cum belluis iſtis ſit praeda Venatori.* Certe ſi Jus Naturae ſolum inſpiciamus, in agris & ſil-

vis

vis nondum ab aliquo occupatis, adeoque nullius, venari licebit; non vero in occupatis, quia agrum aut ſilvam primus occupans occupaſſe cenſendus eſt eo animo, ut omnia animata & inanimata, quae in iis inveniantur, ſua eſſe velit; jam, quum Jure Naturae injuſtum ſit ab alio occupata, ipſo invito, ſibi vindicare, in agris aut ſilvis jam occupatis venari feras injuſtum eſt: hinc divus Antoninus Pius aucupibus reſcripſit: *non eſt conſentaneum, ut per aliena praedia, invitis dominis, aucupium faciatis.* (*b*). Caſus tamen neceſſitatis hic uti in omnibus excipiendus eſt, ſcilicet ſi beſtiae feroces ex occupata ſilva in meum argrum excurrunt & pecus meum dilaniant, eo in caſu ſilvae proprietarius mihi auxiliari debet, ad capiendas & exſtirpandas illas feras beſtias, & tenetur damnum meum reſarcire, quod incuria ejus mihi attulerit. Fieri quidem poteſt, ut apud

(*b*) —— Dus wordt van George den I. Koning van Engeland verhaalt, dat hy op zeekere tyd op de Jagt zynde, en een of andere van zyn gevolg, een Huysman, wiens Land door een wringe geſloten was, gelaſt hebbende, te openen, en zulks door deezen, die over de wyze van dit bevel was geſtoord, en miſſchien onkundig, datter de Koning zelve zo naby was, geweigerd zynde, om dat, gelyk hy zeide, op zyn eigen goed was, daar niemand, buyten hem, eenig recht van gebieden hadde, zyne Hovelingen ſcherp beſtraffende, verklaarde, dat die man gelyk had, en *hy zelve daarom Koning was, om yder in het zyne te beſchermen en te handhaven*, ſunt verba ampliſſ. S. H. van Idsinga in *Staats-Recht der vereenigde Nederlanden*, 1. *deel* 2. *verd.* 4. *hoofdſt.* *pag.* 155. *in fine* & 156. *pr.*

apud illos populos, apud quos Rex deſpoticam exercet poteſtatem, veluti apud Ruſſos, Turcas, aliosque in uſu veniat; verum an quidem apud liberas Gentes tale quid accidere queat vehementer dubito; percurramus breviter nonnullas liberas regiones, & perſpicere licebit nullo opere non tantam in illis viguiſſe venandi licentiam, quantam quidem Dianae fautores ſibi vindicant.

§. I I.

Non apud Romanos. Ordiamur a Romanis rerum Dominis Genteque togata; apud quos tria ſaluberrima juris praecepta, *honeſte vivere*, *alterum non laedere*, *ſuum cuique tribuere*. Certe ſi in alterius fundum, invito eo, inrumpam, id ſine laeſione ejus vix, ac ne vix quidem fieri poteſt; etiam jure Romano juxta ſilvas & arbuſta, ſaltus praecipue inmenſi ac vaſti patuerunt ad venandum mortalibus quibuscumque: fuerunt hi ſaltus deſerta loca obſita arbuſtis & virgultis deſtinata communi paſtui, carentiaque Domino; hac cauſa liberior per leges Latii in illis *Venatio*, quum ingreſſu ibi nemini potuerit interdici, quod fiebat in poſſeſſoris ſingularis fundo; ideoque eum, qui non permisſu domini in alieno vel venatum, vel aucupium vel piſcationem exercet, puto nihil ſibi acquirere, idque probare *L. 55. D. de acq. rer. dom.* quae aprum, qui in plagas incidit, nec dum apprehenſus eſt, non aliter meum fieri oſtendit, quam ſi in meo vel in alieno, permiſſu domini, laqueum poſuero, cui ita hae-

ſerit

ſerit aper, ut diu colluctando ſe expediturus non fuerit.

§. III

Jure Germanico Reges & Regum exemplo Principes illud egerunt, ut ſaltus haberent clauſos & ſeptos, ſive vallis & virgultis, ſive ſanctionibus & legibus, quod dicitur: *Foreſtare*, ſeu *Bannire ſilvam* vid. *Chartam* CONRADI IMP. *Anno* 1029. *in Chronic. Epiſcop. Mindenſium*, *pag.* 736. *quandam ſylvam* —— FORESTARE *conceſſimus* & BANNI NOSTRI *diſtrictu circumvallavimus*, *ea videlicet ratione*, *ut nemo ulterius in eodem Foreſto abſque praelibati Epiſcopi ſuorumque ſucceſſorum licentia*, *poteſtatem habeat venandi*. Vid. DU CANGE *in Gloſſario*, qui alias bene multas Chartas collegit. In illis autem *Bannis ferinis*, vel *ſilvis foreſtatis*, venari aut cum venabulo conſpici hoc idem erat ac laedere & tranſilire muros, vel violare templa, aras, aliasque res ſanctas; uti facile potuit evenire, ut in gratiam Principis illius adulatores ſilvas emenſas, vel adſignatas poſſeſſoribus ſubditis, *foreſtarent*, id eſt, adſignarent Principis Fiſco vel Domanio, quae tamen fuerant in Dominio privatorum ſubditorum, veluti fundi cujusque acceſſorium: ita imis ſenſibus notandum hoc, quod aequioris animi Principes correxerint hunc errorem, atque foreſta haec, non ſine injuria ſubditis extorta, iterum de poteſtate ſua dimiſerint.

Non apud Antiquos Germanos.

§. IV.

Non ut videtur apud Hollandos.

